

1738.

1. <sup>a</sup> Buschmüllerus, Gerhardus Christianus: De investitura bonorum allodialium immobilium in Saxonia.
2. Brades, Henricus: De Cicerone juris civilis teste et acriter prole.
3. Brakes, Henricus: De utroque instrumenti principalem ueris minus principalem mariti causam continentis fide.
4. Carpgovius, Fridericus Benedictus: De poena excisionis iure positivo universali in incertas nuptias statuta.
5. Cellius, Christophorus Ludovicus: bell. iur. ... Decanus: Cechi generali s. p. d. (ad reputationem solum Johannis Augusti Deringii inserta).
6. Cellius, Christoph Ludov: De praescriptione petitionis hereditatis paternae et avitae.
7. Cellius, Christoph Ludov: Clericum ab pactionem cum patrono factam sacerdotis se abdicantem. - - defendet.

8. Cellius, Christoph Ludw: De mutuo feminae  
aliis crediturae Intro.
9. Cellius, Christoph Ludw: De fide instrumentorum  
in primis publicorum.
10. Hanaccus, Christianus: De pubertate Saxoniae.
11. Hessler, James Christianus: De variis modis spor-  
tulis lucrandi / ut dicitur.
12. <sup>a</sup> Hoffmannus, James Guilielmus: Panegyricus, in auspici-  
calistimum comitum, quo . . . Dominus Fredericus  
Augustus, Poloniarum rex et Elector Saxoniae . . .  
Abbas Mariani Amelienis iussit.
13. <sup>a</sup> Hoffmannus, J. Guilielmus: Ruinae superstitionis  
paganae . . . publice corruet
14. Hoffmannus, J. Guilielmus: Acta et fœdera inter  
imperatores Rom. et Francorum reges principes etc.  
ps
15. <sup>a</sup> Leppiger, Fr. Christoph, de: Origines nobilitatis  
diplomaticae . . . Dependet. 3 Saax

16. Leyerus, Augustinus: De homicidio culpabili.
17. Leyerus, Augustinus: De homicidio invidioso.  
 disputabit et populum vespere hinc salubrem  
 computabit.
18. Mayer, Andreas: De aptima scapi contrahendi  
 ratione
- 19<sup>a</sup> = Menckel, Leonardus Ludovicus: De mutuo, surdo et  
 mutuo simul surdo jurante. 2<sup>a</sup> exempl.
20. Menckel, Leonardus Ludovicus: De jure promissionis  
 hominis directo in quavis feudorum alienatione  
 sec. jus Saxonicum competente.
21. Menckel, Leonardus Ludovicus: De conditione in cessione  
 nominis praestanda.
22. Schubertus, Francus Martinus: De certitudine futurarum  
 actionum libertati mentis humanae hinc iniuria.
- 23<sup>a</sup> Speckl, Christianus: De his, quae non fori  
 23<sup>b</sup> = Speckl  
 23<sup>c</sup> = Waga  
 fabricatus et curatoribus et circa eos observanda sunt.

23<sup>d</sup> Wagener - Koepfel.

141.6 23<sup>d</sup> Wagener - Rudolph

Weilkerus, Dr. Fridericus: Defectuum corporis  
contemplatio juridica 2 Gumpel.

Dr. Weilkerus, Dr. Fridericus: De sacramentalibus.



*J. 00*

*1738, 1. 6*

*24.*

*2*

*Q. D. B. P.*

DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS  
 DE  
**INVESTITVRA  
 BONORVM ALLODIALIVM  
 IMMOBILIVM**

QVAM  
PRAESIDE

**GEBHARDO CHRISTIANO  
 BASTINELLERO**

SAC REG MAIEST. POLON. AC PRINCIPI ELECTORI  
 SAXONIA CONSILII AVLAE CODICIS PROFESSORE  
 PVE. LICO. CVRIAE PROVINCIALIS SENATVS ECCLESIASTICI  
 ET SCABINATVS ASSESSORE ATQVE ORDINIS IVRI  
 DICI SENIORE

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

**PRO LICENTIA**

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES

ET PRIVILEGIA RITE ADIPISCENDI

AD DIEM AVGVSTI ANNO MDCCXXXVIII

IN *1738* **AVDITORIO MAIORI**

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS

SOLEMNI DISCEPTATIONI EXPONIT

AVCTOR ET RESPONDENS

**IO. AVGVSTVS DOERINGIVS**

TORGAV' MISN' IVR' CAND *1909. 992*

VITEMBERGAE

APVD EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDIVM

ACADEM' TYPOGRAPHVM

*Diss. im. v. 211*



DISSEMINATIO LIBRORUM  
IN VESTIBULO  
BONORUM ALUMNORUM  
IMMORTALIUM

PRÆSIDI  
GERHARDO CHRISTIANO  
HASTNERO



ACADEMIA  
SYMPOSIUM  
ET PALÆSTRICA  
AD DIEM  
ANNO DOMINI  
SOLLENNI DISSEMINATIONE  
AVCTOR ET RESPONDENS  
IO. AUGUSTUS DORRINGIVS

ACADEMIA  
ABAD EHRHARDI GOTTLOB EICHSCHLADAM





## PROOEMIUM

### I



Oribus, omnes gentes, sibi peculiaribus, <sup>¶</sup> Singula-  
fas fuisse, <sup>a)</sup> inter omnes facile constat. Ex rum genti-  
quibus earum instituta enata sunt, <sup>b)</sup> par- um Legi-  
tim literis mandata, partim vero consue- bus peculi-  
tudinibus, quae nomine iuris non scripti ve- ares earum  
niunt, relicta. mores ori-  
ginem de-  
derunt.

<sup>a)</sup> Io. BOEMVS, de Mor. omnium Gent. *Corn. TACITVS*, de  
Mor. German. cap. 19. 20. et 26. *IUSTINVS* Histor. Lib. II.  
cap. 2. *B. Caspar. Henr. HORNIVS*, in Dissert. de Praerogatiua  
Mor. German. in concursu. cum LL. recept. in prooem. *Dn.*  
*Petr. Frid. ARPVS* in Themide Cimbrica in Praefat. et §. 3. 10. 21.  
34. 36. et 37. ibique in not. *Celeberr. Dn. Io. Gottl. HEINEC*  
*CIVS* in Element. Iur. German. Tom. I. in praefat.

<sup>b)</sup> Instit. §. 9. de Iure N. G. et C. *Dn. ARPVS* loc. cit. §. 3. 13.  
23. et 36. ibique in not. *B. HORNIVS* alleg. Dissert. in prooem.  
§. 1.

### II

Hinc populi cuiuscunque et propensio ad leges, sibi proprias, Populi Le-  
moribus et reipublicae ipsius conuenientes; et auersio gum parti-  
arum periti-

naces fue-  
runt.

ab exteris, euenit. *c*) Illarum quoque adeo pertinaces gentes fuerunt, vt pro eis vitae periculum subire, quam his se submittere, mallent, *d*) cum illae instar alterius naturae, quae mutatu perquam difficilis, ipsis fuerint.

*c*) Testatur de eo acta Iudaeorum, speciatim *Io. BOEMVS* loc. cit. de *Iudaeis*, Lib. II. cap. 4. de *Africanis*, Lib. I. cap. 4. de *Saxonibus*, Lib. III. cap. 13. et aliis. *Dn. ARPVS*, alleg. comment. in praefat. it. §. 1. 3. 10. 15. 21. seqq. *Dn. HEINECCIUS*, loc. cit. Tom. I. in praefat. pag. 3. et 65. seqq. De veterum Germanorum tenacitate morum et consuetudinum suarum satis constat ex historia bellorum, quae cum Romanis gesserunt, vid. *Vel. lei. PATERCVLVVS* Lib. II. cap. 117. *FLORVS*, Lib. IV. cap. 12. *Dn. ARPVS* loc. cit. §. 27. not. 114. & *Dn. HEINECCIUS*, alleg. loc. Tom. I. in praefat. pag. 65. seqq.

*d*) *Cornel. TACITVS*, de Mor. German. Cap. IV. *Iul. CAESAR* de Bell. Gall. Lib. VI. cap. 21. seqq. *Dn. ARPVS*, loc. cit. in praefat. it. §. 3. in specie de *Cimbris*, §. 10, de *Frisiis*, §. 21. 22. et 26.

### III

Saxonum quoque Gens Legum suarum fuit tenacissima. Exemplum singulare huius rei Saxones praebent, quorum instituta moribus suis fundata erant; *e*) quique nec alia conditione victoribus, nisi relicta sibi legum libertate, *f*) manus dabant.

*e*) *Io. BOEMVS*, all. loc. Lib. III. cap. 13. *B. HORNIVS*, in Dissert. cit. Sect. I. §. 9. *Dn. PRAESES*, in Dissert. de Actione ex quocunque pacto Mor. dat. in praefat.

*f*) *Dn. VERPOORTENN* in Schediasm. de Inuestit. Alod. §. 39. *Dn. ARPVS* cit. Comment. §. 25. et 26. ibique in not. *Arthur. DVCK*, de Vt. et Autorit. Iur. Ciu. Lib. II. Cap. 2. §. 12. Idem ex Iur. Sax. Prouinc. colligi potest, Lib. I. Art. 18. verb.: „Drey erley Recht behielten die Sachsen wieder Caroli Willen. It. Darzu behielten sie (die Sachsen) alle ihr alte Recht, wo sie wieder die Christliche Ehe, und wieder den Glauben nicht waren.“

IV.

## IV

**L**icet quoque Saxonum regio, *g*) cum vniuersa Germania iuribus Romanis et Pontificiis posthac implicita fuerit; *b*) agnita tamen Statutorum propriorum perturbatione, per illa facta, et quam inter se vtraque disconueniant: ad exemplum reliquorum Germaniae incolarum mores patrios eatenus vindicarunt, vt in iudiciis hi primum occuparent locum. *i*)

Receptio  
Legum ex-  
terarum  
perturbat  
Statuta, cui-  
dam popu-  
lo propria.

*g*) *Arthur. DVCK.* loc. cit. Lib. II. cap. 2. §. 12. *Dn. Io. Georg. CRAMER,* Commentat. de coniung. Iur. et Antiquitat. German. studio. §. 2. seqq.

*b*) *Dn. ARPVS,* all. loc. §. 15. *B. HORNIVS,* Diss. cit. in Prooem. §. 3. *Dn. VERPOORTENN* iam all. Tr. §. 39. *Dn. HEINECCIUS,* loc. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. IV. §. 120. 126. & 127.

*i*) Vid. Corpus Iur. Glossat. I. Feud. I. §. hoc autem etc. ibi-  
„que in not. lit. b. verb. Legum autem Romanarum non vi-  
„lis est auctoritas, sed non adeo vim suam extendunt, vt vum  
„vincant, aut mores.„ Quod etiam affirmant *Dn. STRVVIVS*  
in Histor. Iur. Cap. VI. §. 42. Ill. *Dn. a LVDEWIG,* de Iur. Cli-  
entel. German. Sect. III. Cap. V. §. 15. in not. lit. e. *Dn. VER-  
POORTENN,* Tr. cit. §. 39. *Dn. CRAMER,* all. Comment. §. 2.  
in not. lit. d. *Arthur. DVCK.* all. loc. Lib. II. cap. 2. *Dn. HEI-  
NECCIUS,* in Element. Iur. German. Tom. I. in Praefat. pag. 65.  
69. 71. et 75. seqq. & in Prooem. §. 6.

## V.

**H**inc Legislatores Saxonum supremi omnem pro istis con-  
seruandis, augendisque, curam adhibuerunt. *k*) Quorum  
vestigia in colligendo, *l*) eruendo, enucleandoque *m*) Iure  
patrio Consulti Iuris secuti sunt.

Principum  
cura de Le-  
gibus gen-  
tis, sibi sub-  
ditae, con-  
seruandis.

*k*) Defensorem Legum Saxonicarum *Aurea Bulla,* Cap. V. §. 2.  
designat Electorem Saxoniae, cum ipsum in terris Germanicis,  
in quibus Ius Saxonicum receptum est, Vicarium constituit. Pro-  
inde Electores sollicitae auctoritatem Iuris sui conseruarunt; et

Quos Iuris  
Consulti i-  
mitati sunt.

ex

ex ea causa Elector Saxo Fridericus Sapiens contra Caroli V. Imper. Constitutionem de fratrum filiis ad successionem patrum cum fratribus, iure repraesentationis, admittendis protestatus est, nec se, nec subditos suos ea teneri, quae Iuri Saxonico contraria esset, voluit. Nec minores Electores Saxon. curam in eo amplificando posuerunt; de qua Ordinatio Prouincialis, Ernesti, Alberti, et Mauriti, Constitutiones Augusti, Ordinatio Politica, Resolutiones Grauum, Decisiones, aliaque saluberrima Statuta, in Corpore Augusteo collecta, satis restantur.

2) Huc referendae collectiones Iuris Prouincialis, *das Land-Recht*, s. *Sachsen-Spiegel*; quam Epko de Repkau circa initia Sec. XIII. conscripsit, Iuris Feudalis, *das Lehn-Recht*, cuius Auctor idem Epko; et Iuris Municipalis, *das Weich-Bild*, de cuius scriptore nihil certi affirmari potest, licet quidam Burcardum a Mangelsfeld eius auctorem nominent, Leges Francorum Salicae, et R. pariorum, quas debemus Dn. Io. Georg. Eckardo. Et adhuc superest Compactio Legum apud Heroldum, in libris Origin. & German. Antiquitat. Basil. 1557. Lindenbrogium, cuius exstat Codex Legum Antiqu. Francof. 1613. Melch. Goldastum, in Collectione Legum Imper. Francof. 1613. et Dn. Petrum Georgisch, Corp. Iuris Germanici Antiqui. Halae, 1738.

3) Hoc erudite et singulari opera praestiterunt *Christoph. Zobelius*, Different. Iur. Ciu. & Saxon. Lips. 1710. *Dn. Leopold. Hackelmannus*, Different. Iur. Ciu. et Saxon. Ien. 1610. *B. Lüder. Mencken*, Different. Iur. Commun. et Saxon. Lips. 1707. *Ill. Dn. August. Leysers*, Collat. Iur. Saxon. et Roman. Witteb. 1711. *B. Georg. Beyers*, Specimin. Iur. German. Halae, 1718. v. Z. Introductione in Ius Elect. et Commune Saxon. Chemnit. 1718. *Dn. Senckenberg*, in *der teutschen gemeinen Rechtsgelehrsamkeit*. *Dn. Io. Gottl. Heineccius*, in *Element. Iur. German.* Halae, 1736. *Io. Guil. Hoffmann* in *Observation. Iur. German.* Lib. II. Francof. 1738. Taceo Commentatores huius iuris, Zobelium, Carpzouium, Mollerum, Frantzium, Berlichium, Richterum, Pistorios, Colerum, Schiltherum, Philippi, et alios, qui omnium manibus teruntur.

## VI

**A**b his DD. neque iura inuestiturae Saxonicae in bonis alodialibus intacta sunt relicta, copiose de iis commentantibus, *n*) vt vix addere quicquam reliquum sit.

*n*) Ex quibus euolui possunt *Anton. DOMINICI* Disquisitio, de Praerogatiua Alloidior. Argentor. 1728. *Frid. a SANDE*, de Effectuatione, Arnhem. 1658. *Illustr. Dn. 'a LUDWIG*, de Iure Clientelari German. in Feud. & Colon. Halae, 1717. *Dn. Daniel HOFFER* gründlicher Unterricht von verschiedenen Gattungen derer Alodial-Güter, Waldenb. 1727. *Dn. Io. Bure. VERPOORTENN* Schediasma de Inuestit. Allod. Eiusdemque Orig. VI. et Auctorit. praesent. Coburg, 1715. *Dn. Andr. MEYER* Tr. de Inuestit. Saxon. in Reb. Allod. Immobil. Francof. 1667. *Dn. Io. Georg. SCHVBARTI* Diss. de Resignat. Domini Iudic. Ienae, 1681. *Dn. Io. KLEINI* Dissertat. de Resignat. Iudic. quae in Vol. Dissertat. VII Iua est, Rostoch. 1691. *B. de BRUGER* Disquisit. de Vilit. Vsucap. in prob. Dominio, iis praecipue in locis, quibus recepta est Resignat. Iudic. Lips. 1710. et Eiusdem Diss. de Differentiis Feud. et alloidior. *Pevill. L.B. Io. Balzbaf. de WERNHER*, Dissert. de Effectu Tradit. Rer. Immoib. Allod. sine Iudic. Inuestit. Witemb. 1727. *Dn. Io. Philipp. SLEVOGT* Diss. de Allod. Inuestit. Renovat, Ienae 1693. *B. Christ. THOMASII* Dissert. de Cautel. circa Doctrin. de Praesumpt. Alodialitat. Hal. 1615. *Dn. Car. Frid. ROMANI* Dissert. de Dimidia Inuestit. Rei Immoib. Allod. quae fit inter Coniuges. Lips. 1720. & alii.

Eandem curam circa mores, de Inuestitura alodiali Saxon. antiquos adhibuerunt.

## VII

**C**um hoc iuris singularis argumentum mecum reputauerim, spicilegium aliquod mihi nihilominus in eo superesse ratus, hoc delegi pro themate dissertationis inauguralis, periculum, istud modo qualicumque inuestigandi, facturus. Faxit autem Numen immortale, vt coepta feliciter prospereque eueniant. Beneuolam vero Lectorem rogatum maxime volo, ne, quae de hoc themate proferuntur, in meliorem partem interpretari, dedignetur.

gnetur; cum illud ob iuris Saxonici communis et electoralis disparitatem, ac deficientem publicam casuum dubiorum decisionem, non omni offensione careat.

CAPVT I  
DE  
ORIGINE INVESTITVRAE ALLO-  
DIALIS IN GENERE

## I.

Origo In-  
uestitvrae  
allodialis,  
tribuitur,

Cum rei cuiuscunque fundamentum sit praestruendum, mihi, de eo, et origine inuestitvrae Saxonicae Allodialis, inquirenti, in oculos inciderunt manusque *B. Georg.*

*BEYERVS, a)* et *Dn. Jo. Gottlieb HEINECCIUS, b)* qui iu-

I. Domi-  
nio dire-  
cto,

ris huius primordia tribuunt dominio directo, vel eius particularae, quam Superior in bonis immobilibus, per inuestitvram concessis, sibi referuauerit. Et quidem ex ratione, a posteriore allegata; quod priscis temporibus agri ad totam vniuersitatem pertinuerint, qui posthac secundum §. IX. publicae quotannis diuisi fuerint, et quidem non inter singulos, sed totas familias, eo quidem modo, vt secundum §. XLIV. possessores regulariter tantum dominium vtile; sed, vbi Inuestitura et Laudemium non accesserit, dominium plenum acquisuerint; et hoc casu posteriori, iuxta §. XLV. in bonis Censiticis ei, cui census debebatur, dominium directum non competierit. Quam ob rem alii distinctionem inter bona Censitica, in quibus dominium directum referuatum; et mere allodialia, Inuestitvrae expertia, fingunt, de quibus infra Cap. IV. §. 7. Videtur tamen hoc, ex referuato dominio directo, principium repetitum, quamuis haud omni modo negandum sit, nimis speciale, nec singulis, in hac materia obuientibus, et partim ab ipsismet propositis, quaestionibus soluendis adaequatum. Distinctio

quo-



quoque allegata, in praxi, quoad Inuestituram non attenditur. Insuper certum nescimus, an primo, quo penes totam uniuersitatem agri fuerunt, tempore Inuestitura viguerit.

a) in Specimin. Iur. German. Lib. I. Cap. XIX. §. 18. b) in Element. Iur. German. Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. 24. seqq.

II

Aliter sentit Dn. Io. BURC. VERPOORTENN, in *Schediasmate de Inuestitura Allodiorum*, a Collectoribus Actorum Eruditorum Lipsiensium ad Ann. 1715. pag. 315. seqq. merito ab eruditione commendato, §. VI. existimans: Traditioni, apud gentes in alienationibus immobilium consuetae, inuestituram originem debere; simul commonstrans usum traditionis, et rituum eiusdem solemniū, plurimorum populorum, antiquissimorum pariter ac recentiorum, adiectis in §. VII. huius rei variis rationibus.

II. Traditioni, moribus gentium introductae,

III

Contra Dn. Io. MEYERVS in *Commentar. de Inuestitura Saxonica in rebus allodialibus et immobilibus* Cap. II. Inuestiturae natales in veteri Romanorum iure Quiritario et Bonitario quaerit.

III. Iuri Bonitario et Quiritario Romanorum,

IV

Cum autem quaeuis consuetudo, cui inuestitura etiam innitur, in certa et rationi conuenienti causa fundetur, in primis hoc loco discrimen inter hominum statum libertatis, quo illi liberrimum arbitrium rerum suarum habebant, et statum ciuitatis, quo in ciuitates, seu societates, et quidem vel Democratiam, vel Aristocratiam, vel Monarchiam coibant, attendendum est. Hoc enim statu, libertas eorum originaria eatenus temperata fuit, ut posthac ipsis cum rebus suis liberrime agendi facultas non amplius superferret, sed ab arbitrio Superioris dependerint. Huius argumenti ergo Ill. Dn. Iust. Henning. BOEHMERVM, instar omnium, et ea, quae de illo in iure

IV. Iuri Superioris in bona subditorum.

Differentia Status hominum hic bene notanda venit.

In statu Monarchico liberum eorum alienandi arbitri-



trium tem-  
peratum  
est.

re Publico vniuersali Lib. I. Cap. II. seqq. erudite differit, al-  
lego. Cui adstipulantur *Io. BODINVS c)* BAVERMEISTER *d)*  
*B. Io. Frid. HORNIVS, e)* et alii, a *Io. Nic. HERTIO f)* lau-  
dati. Eo collineat lex regia Romanorum, de qua *Ian. Vin-*  
*cent. GRAVINA. g)* Hoc etiam comprobant Regalia, com-  
mercio subditorum exemta, quorum origo iuri superioritatis  
merito adscribitur, vid. *Io. Nic. HERTIVS b)* et *B. Caspar*  
*ZIEGLERVS. i)* Quae nec apud Germanos antiquis tempo-  
ribus incognita fuerunt. vid. *Dn. Io. Gorrl. HEINECCI-*  
*VS. k)*

*c)* de Republica Lib. I. Cap. VI. et VIII. *d)* de Iurisdic. Patrim-  
on. Lib. I. Cap. III. *e)* De Ciuitate. Lib. II. Cap. 4. *f)* in  
Dissert. de Superiorit. Territorial. §. 57. *g)* in Origin. Iur. Ci-  
uil. Lib. I. cap. 114. et de Roman. Imper. Cap. 23. 24. et 25. *h)*  
in Dissert. cit. §. 8. *i)* de Iurib. Maiestat. Witreb. 1681. *k)* in  
Element. Iur. German. Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. 8. et 23.

## V

Confirma-  
tur poste-  
rior senten-  
tia.

Ex quo intelligitur, quod potestas haec etiam in bona subdi-  
torum dirigatur. Quam ob rem, fundatis ciuitatibus, re-  
bus publicis et imperiis, ad immobilium alienationem repu-  
blicae, vel Superioris, consensus impetrandus erat; tum ob ius  
superius, tum propter alias causas, a *Dn. VERPOORTEN!*  
allegatas, verbis: *Quoniam nimirum sub initium rerumpublica-*  
*rum potissimae diuitiae in praediis et agricultura versabantur,*  
*quibus promiscue distractis, ciuibus perendum fuisset, partim ad*  
*praecauendum huic malo, et conseruandos ciues originarios; par-*  
*tim ad obseruandum decorum, cuius potissimum studiosi sunt am-*  
*bitiosi; quibus rerumpublicarum initia debentur, et generatim o-*  
*mnes populi Asiatici; imo, quod non ultimo intendebatur, etiam,*  
*ut magistratus plenior potestatem in bona et negotia ciuium*  
*priuata obtineret, et Principes rerumpublicarum, dum hac via*  
exclu-

excludunt translationes in exteros, aliquando potentes, firmarent potentiam suam, subditique assuescerent, dominium directum et supremum reipublicae reuereri. It. §. XXV. Honori enim reipublicae hoc deberi, existimarunt, ut venditurus allodium, et renunciaturus iuri suo in fauorem alterius emturi, dominium in reipublicam, a qua accepisset, resignaret, atque ab hac expeteret, ut alteri denuo conferret, eiusque ius, ex pacto (neque enim prohibebatur rem suam alienare, modo non in damnum reipublicae, et iniuriam cognatorum) quaesitum, confirmaret. Et hoc intuitu, ut se ciues reipublicae deuinctos, atque ad praestationes, census, onera et seruitia, seivent obligatos, et supremum directumque reipublicae ius (quod, mutatis dein temporibus, non ad Duces solum, et maiores magistratus, sed et ad quosuis dominos, qui aliis terras utendas possidendasue concesserunt, fuit extensum) reuereri discerent, in omnibus rerum immobilium alienationibus inuestituram, a iudice vel domino impetrandam, statuerunt. Quibus adiungendum, ut contrahentium cogitatae defraudationes intercludantur, nec fundus pluribus vendatur. vid. *Illustr. Dn. LEYSERVS, m) Dn. Andr. MEYERVS, n) B. HORNIVS, o)* et *Dn. HOMMELIVS. p)* Qua quoque de causa *B. MEYIVS q)* inuestigationem sollicitam: an bona alienata, vendita, et libera sint, an aeri alieno obnoxia, an litigiosa, cui in libro publico ante fuerint adscripta, an etiam venditori? recte imprimit.

- l) in Schediasm. de Orig. Inuestit. §. VII. m) in Meditar. ad Pand. Spec. 446. med. 3. n) cit. Tr. Cap. V. §. 7. o) in Dissert. de Praerogat. mor. Germ. in concurs. cum Legib. recept. Sect. II. §. 3. p) in Dissert. de Solemnibus Vendition. §. 2. q) ad Jus Lubec. Part. III. Tit. VI. art. 1. num. 21.

## VI

**T**estimonio huius rei omnes fere sunt gentes, etiam anti-Omnium  
quissimae, apud quas negotia, in alienandis immobilibus, fere gen-  
tium mos  
B 2 praesen-

fuit, alienationes in iudicio expediendi. praesentibus iudicibus perficere moris erat. De cuius necessitate etiam apud Germanos vetustissimae Leges disponunt, vid. Lex Ripuariorum, Tit. LIX. verb. *Si quis alteri aliquid vendiderit etc.* Hinc quoque SCHILTERVS *Ex. ad ff. XXX. §. 41.* iure asserit, quod Leges Germaniae in vniuersum insinuationem iudicalem bonorum immobilium requirant. Et LAVTERBACHIVS *ad Ius Wurtemberg. Part. II. Tit. IX. §. 20.* idem de Austriaco, Lubecensi, (quod etiam MEVIUS facit,) Hamburgensi, Brunsvicensi, Bremensi, Antuerpiensi, Hollandico et Danico more testatur.

## VII

Quam late Superioris ius in bona subditorum pateat.

Haec vero Superioris iura non vsque eo patent, ut secundum sententiam HOBBSII, *r)* et *Io. Frid. HORNII, s)* subditi, intuitu Superioris, tantum usufructum et possessionem habeant, verum autem dominium sit penes Superiorem. Quem errorem ex dominio, ita vocato, eminenti, et nimium extenso, deriuatum *Io. Nic. HERTIVS t)* merito notauit. Eum vero ut caueamus, hoc ius Superioris excellens, melius nomine imperii, quam domini eminentis, insignitur, ex sententia Ictorum Wittebergenfium, ab ipsis contra iam nominatum HORNIVM defensa. *u)*

*r)* Lib. de Ciue, Cap. VI. §. 15. *s)* Lib. de Ciuitat. Lib. I. Cap. 4. §. 5. et 12. *t)* in Dissert. de Collision. Legum Sect. II. §. 26.

*u)* An potestas, quae Maiestati in bona subditorum competit, appellanda sit dominium, et quidem verum ac primum, cuius intuitu dominium subditi inuadit rationem usufructus? de eo inter supra nominatum HORNIVM, cum adhuc Wittebergae moraretur, et *Wilhelm. LEISERVM*, Profess. Publ. eiusdem loci, intercessit quaestio. Defendit hoc HORNIVS in Dissert. de Dominio supereminenti, ibidem Anno 1658. habita. Negauit vero LEISERVS in Disputat. Iurid. de Proprietate Rer. eod. ann. ventilata; ratus, potestatem illam dominium, proprie dictum, non esse, sed commodius imperium appellari. Huic respondit

HORNIVS

HORNIVS in Libro, Politicorum Ars Architectonica, de Ciuitate, Lib. II. Cap. 4. Cuius tamen responsiones LEISERVS in Disceptatione: *Pro Imperio contra Dominium Eminens*: refutare aggressus est. Quae scripta, quatenus huc spectant, sub titulo *Witthelm. LEISERI Dissertat. pro Imperio contra Dominium Eminens*, Witteberg. Ann. 1673. coniunctim prodierunt.

## VIII

Nec mihi persuadere possum, quod Superiori dominium directum, vel quoddam domini directi genus, ex mente *Georg. BEYERI v)* in immobilibus, ex quo Inuestiturae ius profluit, attribuendum sit; cum aequè in bonis aliis, quam in Emphyteuticis, et Censiticis, Inuestitura locum habeat, ut inferius dicitur.

v) in Specimin. Iur. German. Cap. XIX. §. 17. 18. seqq.

Fundamentum Inuestiturae, ex dominio directo desumptum, in dubium vocatur.

## IX

Nihil itaque aliud causae est iuris inuestiendi, quam ius superius, seu Imperium. Ipse *Dn. BEYERVS, x)* quod hoc praesumptum dominium directum omnibus effectibus, praeter Inuestiturae necessitatem, hodie destituatur; et, hoc simul asserto, dominium plenarium possessoribus Alodiorum omnino debeatur, concedit. Idem *BEYERVS* quoque, *y)* cum *Dn. HEINECCIO z)*: Ius Inuestiturae magistratui, vniuersitatem, seu Superiorem, repraesentanti, competere, asserit, eoque modo reapse meae accedit sententiae.

x) alleg. loc. Cap. XIX. §. 19. y) eod. Cap. XIX. §. 13. 14. 15. seqq.  
z) in Element. Iur. German. Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. 24. ibique in not.

Inuestiturae allodialis causam esse superioritatem, vel imperium, comprobant.

## X

Verosimilius igitur est, quod plenum dominium rerum immobilium ad subditos pertineat; a Superiore tamen, vt

B 3

Dominium plenum Alodiorum ad subditos spectat. Superior

vero, per Investituram, consensum interponit.

Quem consensum Superior, tempore antiquo, magis tacite, aequo medio expressa declaratione, tandem vero, adhibitis certis solemnibus, declaravit.

Nec Traditio ad fundandam Investituram sufficit.

*Dn. VERPOORTENN* pariter Superioritatem in bona subditorum, causam investiturae esse, agnoscit.

acquirens consensum petat, et per Investituram Ius possidendi et dominium legitimum impetret, necesse sit.

## XI

**Q**ui Superioris consensus vero, seculis prioribus, tacite magis, et cum Superior vel Iudex alienationi, a contractibus ipsi propositae, haud contradiceret; posthac vero, accedente expressa declaratione, et agnitione acquirentis pro possessore; ac tandem, adhibitis solemnibus formulis, et signis, declaratus fuit.

## XII

**E**videns hinc quoque est, traditionem, apud gentes receptam, ex mente *Dn. VERPOORTENN* pro fundamento investiturae haud ponendam esse; cum illa ab alienante, haec autem a Superiore fiat, et alienans per praecedentem resignationem nihil tribuat, vel tradat acquirenti, sed tantum ius possidendi, a Superiore acceptum, in manus eiusdem resignet, a quo idem ius postea acquirenti confertur. Declarat hoc ipse laudatus *VERPOORTENN* in *Schediasm. saepius alleg. §. 25.* verbis sequentibus: *Honori enim Reipublicae hoc deberi, existimarunt, ut venditurus allodium, et renunciaturus iuri suo in favorem alterius emturi, dominium in rempublicam, a qua accepisset, resignaret, atque ab hac expeteret, ut alteri denuo confervet, eiusque ius, ex pacto (neque enim prohibebatur rem suam alienare, modo non in damnum Reipublicae, et iniuriam cognatorum) quaesitum, confirmaret.*

CAPVT II  
DE  
ORIGINE INVESTITVRAE ALLO-  
DIALIS SAXONICAE

## I

**Q**uemadmodum igitur Germaniae mores ad immobilium Superioris alienationem consensum Superioris requirunt; ita illa vel in iudicio perficienda, vel tamen insinuanda, eaque actis iudicialibus inferenda, et nomen acquirentis, praecedente alienantis abdicatione, tabulis publicis adscribendum est. *a)* De quo inferius Cap. III. §. 3. testantibus legibus, ibi adscri-  
ptis.

*a)* Vid. Ill. *Dn.* LEYSER, in Meditat. ad Pand. Spec. 446. med. 3. et *Dn.* HEINECCIUS, loc. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. 3. §. 72. 73. et 74.

## II

**P**ari modo Saxonum gens eandem tenet consuetudinem, ac cedentibus tamen solemnibus verbis et signis, quibus ab alienante cessio, ab acquirente vero investiturae petito, atque a Superiore consensus declaratio, quae nomine singulari Investiturae notatur, perficitur. *b)* Quod institutum iam tempore Anglo-Saxonum fuit in usu, testante *Dn.* VERPOORTEN, *c)* et ab eo allegato HICKESIO. *d)* Quod et Leges Saxonum, et praxis, comprobant.

*b)* vid. *Hulder.* EYBENIUS in Elect. Iur. Feudal. Cap. V. §. 1. *B.* HORNIVS, in Consultat. Class. V. Resp. 5. *c)* loc. cit. §. 26. et 41. seqq. *d)* in Thesaur. Linguarum septentrional. Tom. I. in Dissert. epistolari.

## III

**C**ui instituto causam originemque dedisse videtur solertia huius Vera et genuina In-

consensus ad allodialium alienationem, etiam apud Germanos, desideratur. Hinc eorum alienatio iudicialiter confirmanda erat.

Eandem alienationis modum tenent Saxones, iunctis tamen certis solemnibus.

uestiturae  
allodialis  
Saxonicae  
ratio expo-  
nitur.  
Distributio  
agrorum  
inter inco-  
las olim a  
Republica  
facta.

huius gentis, ne bona immobilia promiscue ad possessores sine praescitu Superioris in Reipublicae detrimentum venirent, vid. *III. Du. LEYSERVS. e)* Quam ob rem ista, cum vel migrationibus infirmitatis nouas sedes quaereret, vel armis ditiones amplificarer, agros occupatos inter se ex ordine distribuebat, et cuique iugera designabat, nec tamen iure proprietatis, sed ita, vt Reipublicae haec inter ipsos commutandi, et aliis iterum assignandi, libertas permaneret; ob Imperium, laudatae Reipublicae in bona ciuium competens. vid. *Philipp. CLYVERVS f)* *Iul. CAESAR, g)* *Corn. TACITVS, h)* *Dn. Io. Gottl. HEINECCIUS i)*.

*e)* in *Meditat. ad Pand. Spec. 446. med. 3.* *f)* in *Germania antiqua. Lib. I. Cap. 13 §. 5. pag. 95.* *g)* de *Bell. Gallic. Lib. IV. cap. 1. et Lib. VI. cap. 22. seqq.* *h)* de *Mor. German. Cap. XXVI. i)* in *Element. Iur. German. Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. 9.* Agros more solito inter ciues diuidere, aliis etiam gentibus consultum fuit; e. g. *Judaeis*, iussu summi Numinis, *Libro Iosuae Cap. 13. 14. seqq.* *Aegyptiis*, testante *Diodoro Siculo*, *Lib. I. Cap. 67. et 81. Laedaeemoniis*, vid. *BODINVS de Republ. Lib. VI. cap. 4. pag. 1084. Romanis*, de quibus *Jo. CASSALIUS*, de profan. et sacris ritibus veteribus, *Part. II. cap. 10. pag. 78.* *Varro de re rustica*, *Lib. I. cap. 12.* *FORSTERVS de Iurisdictione Roman. Cap. II. num. 7.* *BODINVS de Republ. Lib. VI. cap. 2. pag. 998. seqq. in specie inter veteranos*, vid. *BRISSONVS de Formul. et solemnibus populi Romani verbis Lib. V. pag. 406. seqq. Gotthofr. Christian. LEYSERVS in Iur. Georgico. Lib. I. Cap. III. num. 7. et Anton. DOMINICVS de Praerogativa Allodior. Cap. I. §. 2. 3. et 4. it. Cap. II. §. 1.*

## IV

Quo spe-  
tant villae,  
in Germa-  
nia benefi-  
cio datae.

Et quoque et illud speciatim referendum est, quod pristinis temporibus villae, ab Imperatore in Germania beneficio datae, ab infeudatis inter colonos distribuerebantur; vid. *Christoph. LEHMANNVS, k)* sub promissione, vt eum pro Superiori suo



fuo agnoscerent. Idem in Saxonia factum esse, testimonio Quimos et in Saxonia vfitatus fu-  
 sunt bona emphyteutica, censitica, praedia Curmedica, *Cur-*  
*medige Güter*, Landsideliae, Landsiedel-Leihen, praedia Ecclesia-  
 stica, seu precaria, feuda solaria, aliaque plura, quae recensent,  
*Dn. Io. Petr. a LUDWIG, l) Dn. Io. Dau. STRVBEN m)*  
*Gottbofr. Christ. LEISERVS, n) Dn. Daniel ZOESER, o)*  
 et alii.

*k)* in Chronic. Spirens. Lib. I. Cap. II. *l)* in Tractat. de Iure Cli-  
 entel. German. in Feud. et Colon. Hal. 1717. *m)* in Comment.  
 de Iur. Villicor, vulgo, vom Meyer-Recht, Hildesh. 1735.  
*n)* in Iure Georgico, Lips. 1713. *o)* Gründlicher Unterricht  
 von verschiedenen Gattungen derer Allodial-Güter, Wal-  
 denb. 1727.

## V

**C**um itaque bona immobilia allodialia etiam in terris Saxoni-  
 cis Domino Superiori et eius dispositioni subiecta essent: Consensus Superioris in Saxonia quoque praestitis temporibus ad alienationem Allodialium requirebatur. Nam haec Superiori subiecta erant,  
 eam ob rationem apud eundem in eorum alienationibus con-  
 sensus petendus, et in recognitionem iuris Superioris, prae-  
 cedente alienantis resignatione iuris sui, concessio iuris acqui-  
 rendi ac possidendi impetranda erat. Quod potissimum nomi-  
 ne Inuestiturae, sigillatim apud Saxones, venit. Eaque in lo-  
 co publico coram Superiore fiebat, vt tum id, quod inter con-  
 trahentes ageretur, tum Superioris consensus, publice innote-  
 sceret.

## VI

**P**raesertim Superioris consensus necessarius putabatur, cum atque Rei-  
 interesset Reipublicae, ne fundi promiscue cuique, inprimis publicae intererant.  
 exteris, saepius praedia ampla affectantibus, permitterentur.  
*Dn. VERPOORTENN. p)* Vnde ius Indigenatus, peregrinos Vnde Ius Indigenatus man- uit,  
 ab acquisitione immobilium excludens, originem trahit; vid. *Io.*  
*STRAUCHIVS q)* et ius Detractus in successioneibus aequae, ac  
 facta et ius De-  
 tractus.

## C

facta alienatione, vt existimo, introductum est. vid. *B. BEYER, r)* *Dn. HEINECCIUS, s)* *Ill. Dn. LEYSERVS, r)* Taceo ius Albinagii, satis cognitum; de quo vid. *Io. SPEIDELIVM u)* et *Dn. HEINECCIUM v)* Sic quoque in emtione immobilium exteris ciues et indigenae praeferebantur; vid. *Ius Lubecense, x)* et *MEVIVM; y)* Vel, cum illi admitterentur, vt, ante omnia, iura ciuitatis impetrarent, et homagium praestarent, eoque, intuitu fundi acquisiti, iura Superioris agnoscerent, ab ipsis exigebatur. vid. *B. BEYER, z)* *Ill. BOEHMERVS, a)* *B. DE BERGER, b)* Adde Regis Christiani V. Leges Danicas. *c)* Idem plerarumque Ciuitatum Statuta disponunt, in specie Statuta Torgauiensia, *d)* cum quibus conueniunt Dresdensia, Lipsiensia, et alia.

*p)* loc. cit. §. 7. ibique in not. *q)* Opuscul. Dissert. I. de Indigenat. German. *r)* Specim. Iur. German. Lib. I. Cap. 20. *s)* alleg. loc. Tom. I. Lib. I. Tit. II. §. 51. *t)* Medit. ad ff. Spec. 429. *u)* in Norab. Iurid. Hist. Polit. voc. Albinagium. *v)* in cit. Element. Tom. I. Lib. I. Tit. 18. §. 428. *x)* Lib. I. Tit. II. art. 5. *y)* in Comment. ad Ius Lubec. ad art. allegat. *z)* loc. cit. Lib. I. Cap. XI. §. 16. 17. et 18, *a)* in Consultat. Tom. I. Resp. V. num. 15. et in Introduc. in Ius Publ. Vniuers. Lib. I. cap. 4. §. 26. in not. lit. n. *b)* in Diss. de Nexu Iurisur. quo Fidelitas et Subiectio continentur: p. tot. *c)* Hafn. 1710. editas, Lib. III. Cap. 3. art. 1. et 2. *d)* Cap. VIII. §. 3.

## VII

**S**ed ob meliorem huius moris cognitionem inter se omnino discernenda sunt: vtrum contractus super immobilibus, tantum notitiae et maioris fidei causa, loco publico peragatur, et fundus per symbola ab alienante acquirenti tradatur; vel Superiori, vt validior sit, ad confirmandum insinuetur; an Superior, petentibus contrahentibus, per inuestituram acquirentem pro legitimo possessore agnoscat, ipsique ius habendi tri-

tribuat, adhibitis, vel minus, certis signis et solemnibus. Quam actuum diuersitatem recte obseruat *B. BEYERVS, e) Perill. L. B. de WERNHER, f) et Dn. HEINECCIUS g)*. A quibus hoc adhuc separandum est, cum a Superiore creditor, quemadmodum in executionibus accidit, in fundum debitoris immittitur, quo, cum possessione, ius vtendi fruendi ipsi permittitur, inque eius signum festucam, ex ianua excisam, vel glebam effossam, aut ramusculum, ex arbore defractum, accipit, et secum aufert, de quo *KEYSER b)*. Id quod ab inuestitura omnino distat, et commodis eiusdem caret. Iunge *Dn. HEINECCIUM i)*. His enim, inter se maxime diuersis, minus attentis, dispositiones et relationes, de actibus commemoratis in Legibus et Diplomatis obuinentes, facile aliquem inducent. Hic loci tamen in eruenda vera inuestitura, Superioris propria, inter Saxones tum prioribus seculis, tum hoc aeuo, solemnibus tantum occupatus ero. Quamuis haud ignorem, dari speciem inuestiturae, etiam priuato ex pacto, quemadmodum in bonis Emphyteuticis, competentis. Hanc tamen, cum mihi de illa tantum quaedam differendi animus sit, in praesentia silentio praetereo.

A quibus creditoris immissio in bona debitoris maxime differt.

Hoc loco tantum de Inuestitura vera Allo-diali quaestio erit.

*e)* alleg. loc. Lib. I. Cap. XIX. §. 9. *f)* in Dissert. de Effect. Tradit. Rer. Immob. Allod. §. 22. in not. lit. f. f. f. *g)* in Element. Iur. Germ. Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. 24. in not. *b)* in der Anweisung zum Hülfss-Process. Cap. III. §. 7. *i)* loc. cit. Lib. II. Tit. III. §. 96. et 97.

CAPVT III

DE

INVESTITVRA ALLODIALI PLV  
RIBVS GENTIBVS VSITATA

I

**G**ermaniae incolae priores in vniuersum eam tenuisse consuetudinem, pacta super immobilibus in mallo, seu iudiciis, ineundi, atque haec per symbola, speciatim per

Apud veteres Germaniae gentes alienationem iudi-

cialem iam festucam, tradendi. Id quod *Dn. VERPOORTENN* saepe receptam allegato *Tractatu* ex Legibus antiquis, et quidem Salicis, §. 27. fuisse, testantur, et 28., Ripuariorum, §. 29., Alamannorum et Baiuuariorum, §. 30., Ostrogothorum, §. 31., Longobardorum, §. 32., ex monumentis variis Sec. IX. §. 34., ex Diplomatum Sec. X. et XI. §. 34., ex Chartis Sec. XII. §. 35., tandem ex Legibus Scanicis, Diplomata, quae sunt Germanicae originis, ostendit. Idem colligi potest ex Iur. Prouinc. Sax. seu *Land-Recht*, Lib. I. Art. VIII. IX. XXXIV. lit. a. et LII. Lib. II. Art. XXIV. et XXX. ibique *Gloss. Weich-Bild*, Art. XX. LX. et LXI. Iur. Prouinc. Suevic. Cap. CCCVIII. et CCCXI. iung. *Dn. HEINEG CIVM. a)*

a) Lib. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. I. §. 24. in not.

## II

Leges Germanicarum Gentium recentiores, Speciatim Iura Suevica, Leges Danicae

**D**e recentioribus *LAVTERBACH* *b)* testatur, Iure Germanico vbique insinuationem bonorum immobilium requiri, sigillatim Austriaco, Lubecensi, Hamburgensi, Brunsvicensi, Bremenfi, Antuerpiensi, Hollandico et Danico; consentiente *SCHILTERO. c)* Quocum Speculum Iur. Sueuici conuenit, Cap. CCCVIII. et CCCXI. Adde Regis Christiani V. Leges Danicas, iussu Regis Friderici IV. ex idiomate Danico in latinum translatas, Hafniae 1710 editas, in Lib. V. Cap. I. art. 3. verb. *Contractus, ab omnibus, ad quos res ipsa pertinet, haud subscriptus et subsignatus, neque in iudicio initus, neminem, qui eundem sua manu ac sigillo non roborauit, obligato.* et Lib. V. Cap. III. art. 28. verb. *In foro iudiciali aedificium et solum traditor, alibi vero non item, hoc est, in foro Tribunalio, Pagano, vel Urbano, cui aedificium solumque subiacer, si praedium sit urbanum, aut ciuis, vel rustici solum: in foro autem Prouinciali, si res sint soli liberi atque inimmunis. Caeterum omnia traditionis instrumenta in iudicio primo, vel secundo, quod, posteaquam*

data

*data sunt, habetur, recitantur, et adscriptione muniuntur, si haec in illa, ubi res soli sitae deprehenduntur, provincia sint data. Sin vero in alia, atque instrumenta traditionis data sunt, provincia res soli traditae iaceant, in tertio vel quarto iudicio eorundem recitatio atque adscriptio impetrator. item Ius Lubecense Lib. III. Tit. VI. art. I. Wården liegende Gründe, und stehende Erben verkaufft, so müssen dieselben vor dem Rathe verlassen, und dem Käuffer Jahr und Tag gewähret werden; et Lib. I. Tit. X. art. 3. Hat ein Mann wohlgewonnen Guth, es sey liegende Gründ, oder stehende Erbe, welches ihm in dem obersten Stadt. Buche als erkauftt zugeschrieben stehet, der mag damit seines Gefallens gebahren. Vbi insinuatio contractus apud iudicem, et eiusdem ratihabitio; abdicatio etiam, seu cessio alienantis, et inscriptio in librum publicum, idem operatur, quod inuestitura in Saxonia, ita, vt hac demum ratione acquirens plenum dominium, ob interuenientem Superioris consensum, nanciscatur. vid. MEVIUS in Iur. Lubec. ad utrosque articulos allegatos. Ex quo apparet, illam ab inuestitura Saxonica, praeter solemnitates et nomen, nihil differre, sed reapse cum hac conuenire. vid. Perill. L. B. de WERNHER d.). Quam resignationem iudicalem hodie adhuc in Ducatibus Magdeburgico, Luneburgico, Brunswicensi, et aliis in locis, vigere, testatur Ill. Dn. LEYSER. e) Budissinensis quoque ciuitatis statuta inter alias solemnitates, in emtione venditione obseruandas, iubent, vt venditor dominium suum resignet; daß der Verkäuffer sein dominium vor gegebter Banc aufnehme, et, vt ipsum instrumentum emtionis Actis publicis, dem Kauff. Buche, inferatur, curet. vid. Dn. HOMMELIVS f).*

Et Ius Lubecense.

Iur. Lubec. insinuatio, apud Iudicem facta, idem, ac in Saxonia Inuestitura, operatur.

- b) ad Ius Württembergic. Part. II. Tit. IX. §. 20. c) Exercit. ad ff. XXX. §. 41. seqq. d) in Obseruat. For. Part. III. obs. 25. num 6. e) Meditat. ad ff. Spec. CCCCXVI. med. 3. f) in Dissert. de Solemnibus Vendition. §. 12.

## III

Vt autem eo facilius, res, de qua disputamus, intelligatur, leges Saxonum praecipuas, eius explicationi, et decisioni variarum causarum inferuientes, vt Dn. Lectori in promptu sint, hic praemittere, et apponere, operae pretium duxi.

Ex Iur. Prouinciali Saxon. seu **Land-Recht.**

## Libri I. Art. VIII

Wo ein Man sein eigen vergibt, oder verfest, oder über ein Man zeugen wil an sein Recht, oder an seinen leib, oder an sein gesund, oder an sein Vesen, das es der Man vor gericht verlobt hab, oder das es jm verteilt sey, deß mus der Richter selb siebende seiner Dingmanne, oder anderer erbarer leut, die ein urtel finden mögen, gezeug sein. ic. 2c.

## Libri I. Art. IX

Wer dem andern gelobt ein eigen zu übergeben vor gericht, und dieser sein silber und gelt, oder ander sein gut darauff gibt, Stirbt denn der ehe jm die gabe bestediget wird, man sol es seinen Erben leisten, als man es ihm solt gethan haben: Also doch das der Erbe jenem solchs, so hinderstellig wer, vollent vorgelte. Gelobt aber der Man, der das gut aufflassen sol, das er jenem die Belehnung erwerben wolle, thut er das, und kündiget solches dem andern an mit gezeugen, damit er darnach reite und es empfahe, Aber derselbe sichs wegert, ohne rechte ursach, Stirbet darnach der Herr, oder wegert es hernach wider zu leihen, oder vormag es dieser nit dergestalt mehr zu erwerben, als vor, er ist bey ihm des gelobten erwerben ledig, doch nicht des aufflassens. Stirbet auch einer, der sein gut einem andern aufflassen sol, dessen Son ist es nicht pflichtig auffzulassen, er habe es dann selber mitgelobt, oder bürgen darvor gesetzt.

## Libri I. Art. XXI.

Man mag frauen wol eigen geben zu ihrem leib mit der Erben laub, wie

wie wenig es sey, inwendig dem gericht, da das eigen innen liegt &c.

Lib. I. Artic. LII.

Ohne der Erben Laub, und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut, noch seine Leut vergeben. Doch mögen wohl die Herren ihre eigene Mann ohne Gericht wechseln, ob man die Wechselung allein gehaben mag. Vergiebt er es aber wieder Recht, ohne der Erben Urlaub, die Erben mögen sich ihres Guts wol unterwinden mit Recht, als ob der todt wär, der es gab, darumb daß er es nicht vergeben mochte. Alle sarende Haab aber giebt der Mann wol ohn Laub der Erben in allen Städten, und an allen Orten, und läffet und verleihet sein Gut, allein daß er sich also vermög, daß er begurt mit einem Schwert, und mit einem Schild, auf ein Ross kommen mög, von einem Stein oder Stock, einer Daumellen hoch, ohne Hülf, also doch daß man ihm das Ross, und den Stegreiff halt. Wann er das nicht thun mag, so mag er sein Gut weder vergeben, noch verlassen, noch gelehnen, dadurch ers jemand entfrembde, der es wartent wäre nach seinem Tode. &c. &c.

Libri II. Art. XXIV

Man sol niemand aus seinen Gewehren weisen von Gerichtshalben, ob er gleich mit Unrecht daren kommen wer, man breche sie ihm dann mit rechter Klage, da er selbst gegenwertig sey, oder man lade ihn zuvor von Gerichtshalben zu seiner rechten Antwort. Und kompt er dann nicht, so er geladen ist, so vertheilt man ihm die Gewehr mit Rechte. Ein jeglich Mann mag seines Guts mit Recht wol an und loß werden, als ob er es verkaufft, versetet, oder aufflesset, oder daß er es verjahret gegen seinem Lehen-Herrn, oder ob es ihm vertheilt wird zu Land-Recht, oder zu Lehen-Recht, oder zu welcher Weise er des absethet ungewzungen, so ist er der Gewehr loß mit Recht.

Libri II. Art. XXX.

Wer ihm Erbe zusaget, nicht von Eypschafft oder Erbe, sondern von Gabe

Gabe oder Gedinges wegen, das sol man halten, vor unrecht, und nicht glauben, man möge dann gezeugen, daß das Gelübde vor Gerichte bestätigt sey.

Lib. III. Art. LXXXIII

Wer ein Gut einem andern giebt, und leset es ihm auf in seine Gewehre, da er doch selber kein Gewehr an hat, und wird jener von Gerichts halben darein geweißt, der, der die rechte Gewehre hat, mag die Einweisung wol widersprechen, und jenen daraus weisen, also daß er das vertrete zu dem nechsten ausgelegtem Dinge. Dann ein Mann ist nicht pflichtig seine Gewehre zu reumen, er werde dann ehe darumb beklagt, und vorgeladen, wird dann jenem die Gewehre erteilt, und weist man ihn darein von Gerichts halben, so mag man ihn nicht wieder daraus weisen, man thue es dann mit rechten Urtheilen.

Idem declarat, Ius Sueuicum, et Weichbildicum Magdeburgense.

Ita vero Meichsneri editio apud Goldastum legit;

Schwäbisch Land-R. cap. 308. rubr.

Wie der Mann sein eygen hiengeden mag, daß es Krafft hab.

One des Vogts Ding mag niemand sein eigen hiengeden, daß es Krafft müg haben. Es antwortet auch kein Mann um sein eygen, ob man in verklagt, vor Gericht, ee in Vogts Ding, ob ers in seiner Gewer hat. Etwa heisset es budincf. §. 2.) Seit eyner sein eygen wieder seiner erben willen hin, und on des Vogts Ding, sy sullen für den Richter fahren, und sollen es versprechen, und der Richter soll es da antworten den erben.

Weich-Bild, Art. XX

Nun höret und vernemet, ob ein Mann sein eigen vergeben will binnen

nen



nen Weichbild, wie er das thun soll, damit es recht und rechtlich sey, und hilfflich, dem, der es haben soll. Er soll kommen zu rechter Dingstatt, und vor die Bäncke, mit dem, der es empfangen soll, so frage denn der, der das Eigen will vergeben, (mit urtheilen) wie er sein Eigen vergeben soll, daß es ihm hilfflich sey zu seinem Rechte, so findet man ihm zu Recht, (mit der Erben laub) ob es Erb- oder Gabhafte Gut ist, das es nicht unbeerbet oder ungabhafft Gut sey, also, daß ers gekaufft hab um sein Geld, denn so mag er es gehen, wem er will, ohn jemandes Widersprechen, und jener empfahet es auch also; wenn ers denn vergeben, und jener empfangen hat, so frage dieser (mit urtheilen) ob ers also empfangen habe, daß es ihm hilfflich sey, an seinen Rechten, wenn ihm das gefunden wird, so bittet er (mit urtheilen) die Einweisung vor Gericht haben, so soll ihn der Schultheiß einweisen, oder der Voigt (ob die Gab vor ihn geschehen ist) und die Schöppen sollen mit ihm gehen, die da sehen und hören sollen, daß man ihn recht und rechtlich einweise, denn sie müssen des darnach Gezeugen seyn, ob man ihr dazu bedarff, so weist ihn denn der Schultheiß ein, (als ich euch hie sagen will.) Der Richter soll in das Haus gehen, oder auf die Hoffstadt, ob da kein Haus ist, und soll jenen nehmen bey der rechten Hand, und soll ihn leiten vor den Schöppen in das Haus (und die sollen ihn nachgehen) und soll sprechen diese Worte: In die Gabe, die dir gegeben ist vor dem Gerichte, weise ich dich, als dir das Urtheil ertheilet hat, und setze des die Schöppen zu Gezeugen, und die andere Dinge Pflichten, daß ich dich hie eingewiesen hab, als Recht ist. So trete denn dieser vor die Bäncke, und bittet den Richter, daß er sein Gezeugte seyn wolle, daß er recht in das Eigen gewiesen sey, das muß der Richter denn thun bey dem Ende, den er zu dem Gerichte gethan hat, so gebe jener seinen Wissen. Wennig dem Richter, und den Schöppen, so ist er denn vollkommen an seinen Rechten. Und gleicher weiß als

D

der Richter dieses verzeuget, also sollen auch solches die Schöppen nachzeuget.

**Weich. B. Art. XXI.**

Dieser der das Eigen also gegeben hat, der soll sein Gewehrer seyn an dem Gut, Jahr und Tag als recht ist, (das sind sechs Wochen und ein Jahr) so giebt man zu Rundschaft einem jeglichen Schöppen einen Pfennig, und dem Schultheissen einen, oder dem Vogt, (ob es vor ihm geschieht.) Geschieht aber die Gabe unter des Königes Bann, also das die Schöppen zusammen gehen, und geloben den Bann, (umb die Gab,) und wird die Gab denn da gegeben, so soll man ihn einweisen, (als hievord gesprochen ist) und die Einweisung soll man bezeugen, und bestätigen zu rechtem Ding, mit dem Richter und mit den Schöppen, so ist denn die Gabe recht und redlich, und so soll ihn auch jener gewehren, (als hievord gesprochen ist) etc.

**Weich. Bild Art. LX.**

Giebt ein Mann seinen Kindern sein Gut binnen Weichbild, in gehegtem Ding vor dem Richter und vor den Schöppen, (unter Bann) oder seinem Weib (zu ihrem Leib) mit der Erben Laib, oder wenn ers giebet mit der Erben Urlaub, und wird ein rechter Fried darüber gewürckt. Will er darnach an dem Gut jemand ichts geben, jener mag es wohl widersprechen, mit recht, (dem die erste Gab gegeben ist,) wenn er die gezeuget mag, als recht ist, das sie redlich vor dem Richter geschehen sey.

**Weich. Bild Art. LXI.**

Giebt ein Mann seinen Kindern, oder seinem Weib, sein Gebäude binnen Weichbild, das auf seinem Zins-Gut stehet, vor seinem Hoff-Heren, oder vor seinen Nachbarn, und weist sie darein, als recht ist, und will jemand nach seinem Tode das Gebäude ansprechen, er hat da nichts an, sondern die Frau behält das Gebäude  
 woll,

woll, ob sie des Zeugen hat, daß es ihr gegeben sey, als vor gesprochen ist. Ist aber die Hoffstadt, oder der Boden des Mannes eigen (mit dem Gebäude) so mag sein ebenbürtiger Schwermag woll daran sprechen mit Recht. Denn es mag niemand sein Eigen vergeben binnen Weichbild, denn in gehegtem Ding (vor dem Richter) und mit der Erben Urlaub. Ist es aber Erbzins-Guth, und ist seinem Weibe nicht geliehen, so mag er ihr nichts daran geben, er thue es denn mit des Herren Willen, von dem er es empfangen hat. Hat aber ein Mann fahrende Haab, oder Kauffmannschafft, die er mit dem Guth gekaufft hat, oder das ihm angestorben ist, das mag er seinem Weib, noch seinen Kindern nicht geben, denn in gehegtem Ding, und vor dem Richter, und vor den Schöppen. Hat er aber das Guth ererbet, das mag er geben bey gesundem Leib, wem er will, ohn jedermannes Anspruch.

**Weich-Bild Art. LXV.**

Wenn man dem Mann das Weib vertrauet, und sie in sein Bette tritt, so ist sie des Mannes Genossen, und er ist ihr Vormund, wo sie es bedarff. Kein Mann aber, noch kein Weib, mögen im Siech-Bett ihres Gutes ichts vergeben, das über fünf Schilling werth sey, ohn der Erben Urlaub, noch auch ein Weib ohn ihres Mannes Urlaub. Nimmt aber ein Mann ein Weib binnen Weichbild, und sie beyde nichts haben, und erwerben darnach Haab und Guth mit einander, und legen das darnach an Erb, Kauffmannschafft, oder dergleichen, die mögen woll bey ihrem gesunden Leib ihr Guth vergeben, verleihen, oder versetzen, wem sie wollen, ohn jemandes widersprach, seit sie es selbst erworben haben.

Quod et confirmant Constitutiones Diui Augusti Electoris Saxoniae, et Carpzouii, ad eandem, definitiones forenses, imprimis

## Definit. XXI. ad Constitut. XXVIII. Part. I.

Eandem quoque praerogativam habet venditor, qui in casum pretii non solum rei venditae dominium retinuit, ut nempe omnibus aliis creditoribus, etiam hypothecariis antiquioribus, praefertur, remque venditam vindicare et repetere queat, non minus atque dominus rem suam, in bonis debitoris repertam. Cui consequens est, quod ante resignationem domini iudicalem (vor der Auflassung der Lehen) venditori in re immobili vendita ius hoc praelationis semper competat, quoniam scilicet in foro Saxónico dominium fundi non, nisi per resignationem et traditionem iudicalem, transfertur. (durch die Auflassung) u.

## Part. II. Constitutio Electoral. XXXI.

Wiewol esliche der Meynung seynd, daß in Stammgütern, welche von denen Ascendentibus herkommen, der Vorkauf und die Nähergeltung den nächsten Blutsverwandten nach Sachsen-Recht gebühret; So seynd doch unsere Berordnete dessen einig, daß solches die Sachsen-Recht ausdrücklich nicht beweihren, und derowegen, soviel die Blutsfreundschaft betrifft, nach gemeinen Rechten zu urtheilen sey. Soviel aber die Kinder belanget, denen soll in Stammgütern die Freyheit gelassen werden, in die Käuffe, ehe die Güter tradirt und außgelassen, zu treten, und dieselbigen bey dem Geschlechte zu erhalten, welches wir uns auch gnädigst gefallen lassen, jedoch, daß unter den Stamm-Güthern diese verstanden werden, die nicht von Eltern allene, sondern von Groß- Eltern herkommen, und daß andere Bluts-Freunde, Collaterales genannt, solches Recht nicht haben, und darzu gar nicht gelassen werden sollen, darauff auch unsere Hoff-gerichte, Facultäten und Schoppenstüle erkennen und sprechen sol-

Carpz. Definit. XIII. ad Constitut. Elect. XXXI

Quod dixi, liberōs, bona autē iurē Proximis eos redimētes, post factam traditionem ulterius non audiri, praec. defin. id non aliter accipiendum est, quam si resignatio venditoris praecesserit, parentesque venditoris possessionem bonorum iudicialiter resignaverint. Caeteroquin sola traditio bonorum auctorum, absque praecedente renunciatione ac resignatione possessionis, non faciet, quo minus liberi ad redemptionem bonorum auctorum admittantur. Id quod luculenter innuunt verba Constit. hui. 37. (Ehe die Güter tradirt und aufgelaßen) Neque enim in foro Saxonico traditione alienatio vere perficitur, ac rerum dominia transferuntur, si non prius in iudicio alienans possessioni suae renunciauerit, eamque accipienti tradiderit. Nam quodcumque quis vel per donationem, vel stipulationem, vel venditionem, dominium rei suae in alium transferre intendit, coram Iudice ius suum in accipientem transferre debet, adeoque non tantum traditione opus est, sed etiam abdicatione sui iuris, daß er Verzicht und Auflassung thue.

(Note) Part. II. Constitut. Elect. XXXIX

Das Erblichmachen verb. Erläche machen auch diesen Unterscheid, daß die Erblichgüter, so oft der Fall sich an dem Lehn-Herrn, oder auch Besitzer durch absterben begiebt, oder wann sie alienirt, in die Lehn-wiederumb genommen, und der Lehnheer erkant werden muß, welches in den Zinsgütern nicht geschieht; Also auch pflegen oft Lehnbriefe vorhanden zu seyn, daraus zu ersehen, daß der Herr ihme das directum dominium vorbehalten. Alldiem Weil aber jetziger Zeit auch die schlechten Zinsgüter an vielen Enden müssen in die Lehn genommen werden, ist es schwer einen gewissen Unterscheid zu treffen, es sey dann ein Lehn-Brieff vorhanden, daraus man der Sachen gewiß seyn könnte. = = = = = Sonst ist aus Empfangung

D 3

der

der blossen Lehn darinnen nichts gewisses zu schliessen, simehmahl auch die Zinsgüter, wie gemeldt, in die Lehn empfaben werden.

Carpzov. Definit. XXXV. ad Constit. Elect. XXXIX.

Part. II.

Expeditum est in foro Saxonico, quod non valeat alienatio rerum immobilium extrajudicialis, ut multis in locis tradit Matth. Coler. Sed alienatio iudicialis sit, necesse est, facta coram eo iudice, cuius iurisdictioni res tradenda est supposita, in hunc scilicet finem, vt dominium rei perfecte ac plene in emtorem transferatur; ideoque sola traditio iudicialis rei venditae, donatae, alioue modo alienatae, dominium transfert, praecedente alienatoris abdicatione, siue renunciatione, coram iudice facta, (Dass es gerichtlichen auffgelassen, und Käufer damit belehnet werde.)

Constitut. Elector. de Laudemio von der Lehnwahr,  
de Anno 1572.

Prima ex illis, quae certis de causis publice editae non sunt.  
(quae in Append. Corp. Iur. Saxon. pag. 66. & in Codic. August. Part. I. pag. 131. euolui potest.)

Die Lehenwahr an Dertern, da sie bisshero ungebräuchlich, und nicht genommen worden, soll auch daselbst nicht auffgebracht, noch gegeben werden, der Dertern aber, da sie über rechte verwehrt Zeit gewöhnlich, oder sonst erlangt und hergebracht, soll sie ferner Krafft solcher Gewohnheit, Inhalts der Landes-Ordnung, gegeben und genommen werden, und da vermöge der Gewohnheit nicht könnte ausgeführt werden, in was Fällen die Lehenwahr zu geben, oder zu fordern, und also derowegen Zweifel fürfiele, so soll alsdenn Inhalts gemeiner Rechte hierinnen auf folgende Meinung gesprochen werden.

Wo ein Gut auff einen Erb- oder Wieder-Kauff verkauft wird, so ist der Käufer wegen der Recognition, und daß er von dem Herrn in Schuß genommen, die Lehenwahr zu entrichten schuldig. Solche Lehenwahr ist auch jeder, der nicht durch einen Kauff, sondern ex titulo lucratio, das Gut erlanget, als so es ihme geschenkt, oder in einem Testament vermacht wird, zu erlegen pflüchtig.

Ausserhalb dieser Fälle sind die neuen Besitzer regulariter Lehen-Geld zu geben nicht schuldig, jedoch müssen sie den Lehen-Herrn recognosciren, und dem Schreiber sein gewöhnlich Einschreib-Geld erlegen, als nehmlich wo ein Gut getheilet wird, und jeder sein zugefallen Theil besitzet.

Also auch wo ein Vater seiner Tochter, die er aussteuret, ein Gut mitgiebet, ist sie, oder ihr Mann, Lehen-Geld zu geben nicht schuldig.

Und wiewol dieses eglische limitiren, wann derselbe sonst andere Güter gehabt, damit er die Tochter aussteuren könnte, daß disfalls die Lehenwar zu geben sey, so seynd doch unsere Verordnete umb obgedachter Ursachen willen einig, daß es den Rechten gemessener und billicher sey, disfalls indistincte keine Lehenwar zu nehmen.

Wo auch die Güter durch Permutation und Umbwechslung verändert, so gebüret dem Herrn keine Lehenwar, da aber Geld mit zugeben wird, davon hat man Lehenwar von dem Besitzer zu fordern.

Wann der Lehen-Herr stirbet, oder das Gut verendert, oder seine Kinder sich theilen, so soll keine Lehenwar gefordert, noch gegeben werden.

Dergleichen wann der Besitzer, Zins- oder Erb-Mann stirbet, und läßt Kinder, so seyn dieselben Lehenwar zugeben nicht schuldig, weil sie in der vorigen Inuektur begriffen.

Wann

Wann aber keine Kinder, sondern Freunde seitwärts verwant, als collaterales und extranei vorhanden, auf welche das Gut verfällt, dieweil das Dominium in dieselbige ipso iure nicht continuiert, noch gebracht wird, so seynd sie auch die Lehenware zu geben pflichtig.

Wann das Erb-Zinsgut ein Mann-Lehen ist, so gibt man davon, wann es ererbet wird, kein Lehengeld.

Wann von dem Lehen-Herrn das Erb-Zinsgut, oder Lehen gekauft wird, so gebühret ihm auch keine Lehenware, jedoch soll in solchen Fällen allen, die Gewonheit, wie obstehet, sonderlich in Achtung gehabt, und nach derselben gesprochen werden.

#### Decisio Electoralis Saxonica LXI.

Ob das Dominium eines verkauften unbeweglichen Guts nicht eher auf den Käufer transferiret werde, es sey dann das Gut von dem Verkäufer gerichtlich aufgelassen, und dem Käufer zugeschrieben?

Bei dieser Frage befinden wir abermahl, daß die Rechts-Lehrer ungleiche Gedanken führen, indem etliche dahin incliniren, daß vermöge gemeiner Rechte extrajudicialis traditio, das Dominium oder Eigenthumb eines verkauften unbeweglichen Stück Guts auf den Besitzer zu bringen, allerdings gnugsam sey: Andere aber erfordern des Verkäufers Gerichtliche Auflassung, und daß darauff solch Gut Käufern vom Lehen-Herrn zugeschrieben, und er damit hincwiederumb belehnet werde, dann ehe er die Güter in Lehen und Würden hat, Er vor keinen Eigenthumbshern zu achten.

Nachdem nun unsere Berordnere die letztere Meinung nicht allein auf bessern Grund, sondern auch in der üblichen obleruanz befinden: So ist Unser Will und Meinung, daß hinführo eine extrajudicial Ubergabe, und Einräumung eines unbeweglichen Stück Gutes nicht vor gnugsam gehalten, sondern nach üblichem Gerichtsbrauch

und



und arth zu reden, die die Lehen, auff vorgehende des vorigen Possessoris Aufflassung, vermittelt des Lehenherrn auff dem Lande und in Städten, gerichtlich erlangt, soviel aber die Verzicht über die nicht bezahlten Kauff-Gelder betrifft, dieselbe daher nicht gezogen, sondern als eine gerichtliche Quittung, bis zu erfolgter gänglicher Bezahlung, ausgefest werden soll.

Wäre aber an einem oder andern Ort, ein von Uns oder Unsern in GOrt ruhenden Hochlöblichen Vorfahren bestätigtes Statut, darinnen etwas anders versehen, oder auch beständig eingeführte richtige Gewonheit vorhanden, darbey soll es billig verbleiben.

## CAPVT IV

DESCRIPTIONEM ET QUALITATEM  
INVESTITVRAE ALLODIALIS SAXO  
NICAE EXHIBENS

**H**is ita positis, inuestituram allodiorum <sup>a)</sup> apud Saxones in Descriptio  
eo consistere, cognoscitur; quod sit actus iudicialis, Investitu-  
quo a Superiore, vel acquirenti alodia ex contractu, rac Allo-  
praeecedente alienantis resignatione domini, et possessionis diorum in  
uillis, vel iure hereditario in ea succedenti, ius habendi et pos- Saxonia.  
sidendi, adeoque dominium civile legitimum et plenum, tri-  
buatur.

- a) *Dn. VERPOORTENN* eam his terminis; quod sit actus iudicialis, quo, praevia resignatione venditoris, dominium, possessioque, rerum immobilium a domino inuestiente in emterem conferitur, atque confirmatur, cit. *Schediasm. §. 46.* definit. A *Perillustr. L. B. de WERNHER* autem sic describitur: quod sit actus, quo magistratus competens alicui rem immobilem allochialem solemniter tradit. Haec autem, ut cum effectu peracta dici queat, requirit, ut praecesserit alienantis iudicialis resignatio et abdicatio:

E

tio:

rio: in Dissert. de Effectu Tradit. Res. immob. allod. sine Iudic. Inuestit. §. 6.

## II

Repetitur  
Distinctio  
inter  
Contractum nu-  
dam,

**R**epeto hic discrimen, antecedente Capite II. §. 7. commemoratum, in contractibus alienationis habendum, quod gradus quosdam domini constituit. Euidens enim ex iure est, quod contractus super immobili aliquo nudam obligationem ad rem tradendam, et cedendum dominium, producat. *b)*

*b)* vid. pr. et §. i. Instit. de Emt. Vend. L. 2. §. i. ff. de Contrah. Emt. L. 8. ff. de Per. et Commod. Rei Vend. L. 11. §. i. ff. de Act. Emt. Vendit. L. 20. C. de Pactis. L. 4. et 10. C. de Act. Emt. It. STRUVIUS, Syntagm. Iur. Civ. Ex. 23. th. 21. et 97. B. de BERGER, Elect. Discept. For. pag. 1387. Perill. L. B. de WERNHER Obseruat. For. Part. IX. obs. 132.

Traditio-  
nem,

Accedente vero traditione, dominium, sed naturale tantum, in acquirentem transfertur, et ab eo acquiritur; idque per confirmationem iudicalem corroboratur. *c)*

*c)* §. 40. et 41. Instit. de R. D. L. 9. §. 3. L. 20. et 31. ff. de A. R. D. L. 67. ff. de Contrah. Emt. L. 3. ff. de Act. Emt. L. 20. C. de Pactis. vid. quoque PHILIPPI ad Decis. Elect. LXI. obs. 1. num. 4. B. HORNIUS Consultat. Class. VII. Resp. 12. SCHILTERVS Ex. ad ff. XXX. th. 46. MEVIUS, ad Ius Lubec. Part. III. Tit. VI. art. I. num. 6. 7. et 15.

et Inuesti-  
turam.

Sed denique per inuestituram, a Superiore factam, novus possessor ius habendi et possidendi, siue ius civile legitimum et plenum, impetrat. *d)*

*d)* vid. EYBEN, Elect. Iur. Feudal. Cap. V. §. 2. 9. et II. B. HORNIUS, Respons. Class. V. resp. 5. et 13. CARPZOVIUS ad Constit. XXVIII. Part. I. definit. 21. et Constit. XXXIX. Part. II. def. 35. It. Libr. I. Resp. 102. et Libr. V. Resp. 40. et 41. SCHILTERVS, loc. cit. Ex. XXX. th. 46.

III

**I**llud, quod hanc rem illustret, Romanorum ius Bonitarium, Quiritariumque, simulacrum sistit. Cognitum enim est, ciues Romanos contractu priuato, licet traditione firmato, in fundis solummodo dominium Bonitarium, ad quod possessio, ius fruendi, et facultas vsucapiendi, pertinebat, acquisiuisse; Quiritarium vero et plenum, tantum mancipatione, cessione in iure, vsucapione, et reliquis certis modis, in praediis Italicis coram Praetore translatum in eos fuisse. De quo **VLP**IANVS in *Fragmentis e)* **GRAVINA, f)** *Corn. van BYNKERSHOEK, g)* **SCHILTER, h)** **MENCKEN, i)** *B. de BERGER, k)* **VERPOORTENN, l)** et potissimum *Perill. L. B. de WERNHER, m)* Eundem in modum, in Saxonia contractu et traditione tantum dominium quasi Bonitarium, siue, quod res in bonis acquirentis sit; inuestituram autem dominium Quiritarium quasi, seu ciuile legitimum et plenum, obtinetur. vid. **B. HORNIVS, n)** et **SCHILTERVS, o)**

Quod illustratur iure Bonitar. et Quiritar. Romanorum.

e) Tit. XIX. §. 9. et 10. et Cuiac. in not. ad hunc tit. f) in Origin. Jur. Ciuil. pag. 261. et 270. g) Opuscul. Tom. II. pag. 77. et pag. 96. seqq. h) in Dissertat. de Iur. Peregrin. §. 19. - - - 28. i) in Tractat. Synopt. Digest. Lib. XLI. Tit. I. p. 594. k) in Tract. de Vtilitat. Vsucap. in prob. domin. §. 7. l) in alleg. Tr. §. 19. seqq. m) Enunciat. Parr. I. Enunc. 13. n) Respons. Class. V. Resp. 13. o) Ex. ad ff. XXX. th. 46. et 123.

IV

**I**nfinuat hoc ipsum Inuestiturae nomen; id quod tamen minime in sensu ecclesiastico, morem Clericos inuestiendi significans, et a vestibus solemnioribus adhibitis originem trahens, consentiente **VOSSIO, p)** *Ill. Dn. BOEHMERO, q)* **MEYERO, r)** et *Dn. HEINECCIO, s)* accipiendum, sed potius a verbo germanico, *vest, vesten, oder bevestigen*, deriuandum esse, mihi videtur. Vnde *veste, Vestung*, alii deducunt. vid. **BESOLDVS, t)**

De Vocis Inuestiturae Etymologia.

EYBENIVS, u) et FRANZKIVS, v) iung. *Dn. HEINECCI VS. x)* Hinc GROTIUS, y) *Fefellit nonnullos, inquit, Inueftiturae vocabulum; quod quia hodie de feudis potiffimum, vfurpatur, ideo omne id, quod de Inueftituris Epifcoporum dicitur, ad territoria et fundos pertinere, putauerunt. Crallus error. Nam Veflire, et Inueftire, vetera sunt vocabula, originis germanicae, quae iuris et rei qualifcunq; collationem fignificant; et verbum, Veflire, est ius alicuius folemniter adfirmare, ut fine vitio poffeffionem adipifci poffit.* Hinc quoque Teutonum prifcorum Leges Vefliturae vocabulo pro Inueftitura utuntur. vid. *Dn. ECKARDVS, z)* qui fimul pofteriori accedit fententiae, et hanc vocem pro traditi-  
onis confirmatione et fecuritate accipit. Et *B. HORNIVS a)* affirmat, nomen Inueftiturae fatis antiquum effe, atque in veteribus monumentis iam ante Caroli M. tempora legi, collationem iuris qualifcunq; fignificans. Effe enim poteff, quod verbum vnius toni, quemadmodum fignificationem inter fe diuerfam habet, fic quoque ex diuerfa lingua originem trahere poffit, ac proinde Inueftitura quidem Ecclefiaftica, ex verbo latino VESTIS, fed Inueftitura Alodiorum, ex Germanico *veft*, derivatum fit; quemadmodum vox *Feft*, feu dies folemnis, a latino, *feftum*; et nomen *Fefte*, a germanico *feft*, *firmus*, originem fumat. Affentit mihi *Dn. HEINECCIUS, b)* afferens, quod facile fieri potuerit, vt vocabulum germanicum *veften*, vel *beveftigen*, euaderet in femilatinum *inueftire*; ficuti a Germanico, *Brief*, fit barbarum *breue*. Cui adftipulatur *B. GYNDLINGIVS, c)* qui originem vocis, *Veft*, in Latino quaerit, exiftimans, pactum a Romanis *veftitum* exinde denominatum effe, quod verbum hoc eodem fenfu, quo Germani notionem *veft*, oder *beveftigen*, acceperint. Hoc certe vocabulum, *Veft*, apud Romanos tum cognitum fuiffe, tum idem, ac firmum quid, denotaffe, ex *Ouidio Lib. VI. Faftor. verf. 299.* argui poteff; vbi Deam, *Veftam*, nomen a vi ftando accepiffe refert, dum canit:

*Scut*

*Stat vi terra sua; vi stando Vesta vocatur.*

Firmo interim stat talo, hac voce indicari actum iudicalem, quo contractus alienationis et possessionis a Superiore corroboratur. vid. BESOLDVS, d) EYBENIVS, e) SCHILTERVS, f) GVNDLING. g) Colligit quidem BRISSONIUS h) ex formula Romanis vsitata: *Tu Pascuti fuste illum inuestito, Tu Segniti fustem manu capiro*; traditionem nomine inuestiturae apud eos iam cognitam fuisse. Cum tamen de veritate formulae integrae, ex qua haec descripsit, dubitent Ill. Dn. BOEHMERVS, i) et B. GVNDLINGIVS, k) hoc aliis diiudicandum relinquo.

Propria Inuestiturae significatio exponitur.

p) de Vir. Serm. 3. cap. 4. q) in Iur. Ecclesiast. Part. II. Lib. III. Tit. VII. §. 4. r) Tr. cit. Cap. I. §. 12. et 13. s) Element. Iur. Germ. Tom. I. Lib. II. Tit. IV. §. 116. t) The-saur. Pract. voc. *Belehnung*. u) all. loc. Cap. V. §. 3. v) de Laudem. Cap. V. num. 4. w) loc. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. 4. §. 116. y) Tract. de Imper. summa potestate circa sacra, Cap. X. z) ad L. Salicam, pag. 175. ibique in not. a) in Iurisprud. Feudal. Cap. XII. §. 1. b) alleg. loc. Tom. I. Lib. II. Tit. 4. §. 116. c) In Gundlingian. Part. XII. Cap. II. §. 7. et 8. d) loc. cit. verb. *Belehnung*. e) alleg. loc. Cap. V. §. 4. et 5. f) in Dissertat. de Inuestit. Simultan. Princip. Cap. I. §. 1. et in Iur. Feud. Alamann. Cap. IV. §. 1. g) alleg. loc. Part. XII. Cap. II. §. 7. et 8. h) de Formul. et solemn. Populi Romani. verb. pag. postremae edition. 476. i) loc. cit. Part. II. Lib. III. Tit. 7. §. 4. k) alleg. loc. Part. XII. Cap. II. §. 8.

### V

Ius vero inuestiturae in allodialibus, Principi imprimis, tanquam Superiori, asserendum est. Quo pertinent verba legis Salicae Tit. XLIX. de Adframire, verbis: *Ante Regem, aut in Mallo legitimo, illi, cui fortunam suam deputauerit, reddere debet.* Testes quoque sunt mores hodierni, secundum

Ius Inuestiturae Principi primum omnium vindicandum est.

Deinde ad eum, cui iurisdictio a Superiore concessa est, pertinet.

Quod Leges Germaniae et Saxoniae tradunt.

Ad quod Resignatio pertinet.

quos ipsis quoque Principibus consuetum est, eam concedere. Curia Electoralis Saxonica suprema eodem iure, ac simul in testimoniis, desuper exhibitis, hac formula: *Das der Besizer, besage derer Erb-Brieffe unbeschadet der Erblichkeit, mit dem Grund-Stücke besiehen worden; utitur.* Haec deinde facultas iis, quibus a Superiore iurisdictio concessa est, competit, vid. VERPOORTENN, *l*) et *Matth. COLERVS, m*) dum per eam simul ius quoddam superius super allodia ipsis permisum est. Edocent hoc tam Germaniae, quam Saxoniae leges, requirentes, ut contractus super immobilibus coram iudice, assidentibus Scabinis, in mallo, seu iudicio, perficiantur. Vid. Lex Salica Tit. XLIX. de Adframire, *Land-R.* Lib. I. Art. 34. et 52. Lib. II. Art. XXIV. et XXX. *Weich-Bild*, Art. XX. XXI. LX. et LXI. Ius Suevic. Prou. Cap. CCCVIII. Constit. Elector. XXXIX. Part. II. et ad eam *Carpz. def. 35. It. ZOBE LIVS, n*) *Matth. COLERVS, o*) *Ill. Du. LEYSERVS, p*) *Dn. HEINECCIUS, q*) Idem mores plurimarum ciuitatum Saxoniae probant, ubi per Praetores Inuestitura expeditur. Vindicant alii Inuestituram iuri Magistratus, vid. *BEYERVS r*) et quidem optime, quando iurisdictio huic iuri est annexa. Ipsa tamen rerum experientia hanc refellit opinionem; qua de causa pariter in der *Churfürstl. Sächsl. Sportul-Taxe Inuestitura ad classen, in iudicio obuientium, negotiorum communium relata est.* Eadem est Resignationis conditio, quippe quae pari modo iudicialiter in manus Superioris facienda est, prout postulant Leges Saxonicae: *Land-R.* Lib. I. Art. 52. et Lib. II. Art. 24. *Weich-Bild* Art. XX. et Art. LXI. vid. etiam *MENCKEN, s*) *CARPZOVIUS, t*) et *ZOBELIVS, u*) Si tamen ius inuestiendi per pactum speciale acquisitum est, ex hoc etiam priuatus ius illud habere potest. Hinc non infrequens est, quod penes alium iurisdictio, penes alium vero ius inuestiendi, in bonis immobilibus sit.

*l*) Tract.

- 1) Tract. cit. §. 33. m) de Process. Executi. Part. I. Cap. X. num. 165. et 166. n) Different. Jur. Ciu. et Saxon. Part. II. differ. 28. n. 25. o) in Decisio. dec. 16. num. 1. 2. 3. seqq. et dec. 137. n. 16. p) in Medit. ad ff. Spec. XLII. med. 4. q) in Element. Jur. German. Tom. I. Lib. II. Tit. 3. §. 73. r) in Spec. Jur. German. Cap. XIX. §. 13. s) in Tract. Synopt. ff. Lib. IX. Tit. I. pag. 264. t) Lib. I. Tit. X. Resp. 102. et Lib. V. Tit. V. Resp. 41. u) loc. cit. Part. II. Diff. 28. num. 8. et 22.

VI

**I**mplo<sup>r</sup>andus tamen est de inuestitura Superior, ratione rei <sup>Inuestitura a Superiore competente petenda, et peragenda est.</sup> sitae competens, Land-Richt Lib. I. Art. 21. Reich-Bild, Art. XX. et LXI. Decif. Elect. LXI. It. KLEINIUS, v) FRANZKIVS, x) COLERVS, y) ZOBELIUS, z) CARPZOVIUS a) et HORNIVS. b) Vbi iterum defectus habendus inter Superiorem immediatum, vel supremum, et mediatum, seu inferiorem; quippe de bonis immediatis ab illo, in bonis mediatis vero ab hoc, petenda est Vestitura. Nec sufficit, in bonis mediatis eam a Supremo impetratam esse; sed pro conditione bonorum diuersa, iamiam allegata, ista suo loco competente vt quaeratur, requiritur. Hinc tanto magis de partibus vnus praedii, plurimorum iurisdictioni diuersae subiectis, illa, ratione singularum, apud competentem sollicitanda est. vid. Decif. Elect. LXI. et ad eam Philippi, nec non Ord. Proc. Sax. Recogn. Tit. XXXIX. §. 18. verb. Woferne aber bey dem erstanzdenen Guthe solche Pertinentien, die unter andere Gerichte gehörig, mit vorhanden wären, wird er wegen selbiger mit der Adiudication und Lehns-Neichung an den Richter, darunter sie gelegen, billig verwiesen, welcher denn, auf ergangene Requisition ihme solche ohne Verzug wiederfahren zu lassen, verbunden. It. MENCKEN, c) et MOLLERVS. d)

- v) in Dissertat. de Resignat. Indic. Cap. I. §. 20. x) de Laudemio Cap. V. n. 54. y) de Process. Execut. Cap. X. n. 166. et Decif. XVI.

XVI. num. 21. 22. et 23. 2) loc. cit. Part. II. Diff. 28. num. 8. et 22. a) Lib. I. Tit. X. Resp. 102. n. 9. b) Class. V. Resp. 13. c) loc. cit. Lib. IX. Tit. I. pag. 264. d) ad Part. II. Constit. Elect. XXIII. num. 1.

## VII

De quibus  
Allodiis  
Inuestitura  
impetran-  
da est.

Manifestum quoque est, quod aeque in bonis immobilibus allodialibus, ac iuribus interdum, vid. VERPOORTENN, e) MEYERVS f) KLEINIVS, g) BEYERVS, b) WESEN BECIVS, i) et HEINECCIUS, k) et quidem vtriusque, siue secularibus, siue ecclesiasticis, inuestitura sit necessaria. Neque hic quorundam distinctio inter bona Emphyteutica, Erb- zins-Güter, Censitica, Zins-Güter, et Censitica proprie sic dicta, seu allodia, Zins-Güter, die sich selbst lehn, de qua SCHILTERVS, l) admittenda. Hi DD. existimant, inuestituram tantum in bonis Emphyteuticis, et Censiticis, vulgo ita vocatis, requiri; neutiquam vero in Censiticis, proprie sic dictis, seu allodiis. vid. SCHILTERVS, m) SCHVBARTVS n) et HEINECCIUS. o) Lege autem non distinguente, nec nobis distinguendum est. L. 64. ff. Solut. matrim. L. 32. ff. de Recept. Arbitr. Consentientem habeo ipsum SCHILTERVM, allegato in loco asserentem, quod plane mores rem eo extenderint, vt etiam in rerum allodialium, seu bonorum Censiticorum, proprie sic dictorum, alienatione cessio et traditio iudicialis fieri consueuerit: hoc tamen adiecto discrimine, quod in illis inuestitura, sed in his nuda confirmatio, siue ad Acta relatio, vsitata sit; hoc quoque dicatur: gerichtlich ab- und zuschreiben lassen; et vt prius, in Lehn, ita hoc denominetur, in Bürden bringen. Rei tamen veritate inspecta, vtrumque, licet nomine diuersum, inter se conuenit, cum tam Inuestitura, quam nuda confirmatio, ob declarandum Superioris consensum fiat. Idem in Constit. Elect. XXXIX. Part. II. verb: Undieweil aber x. x. Et verb: Sonst ist aus Empfangung der blossen Lehn



Lehn *zc. zc.* animaduertimus; iung. Carpzouium *ibid.* Definit. IV. verb. *Nam plevisque in locis non solum etc.*

- e*) loc. alleg. § 7. et 49. *ibique* in nor. lit. a. *f*) de Inuestit. Saxon. Cap. III. num. 36. *g*) Dissert. cit. Cap. II. §. 38. et 39. *h*) Specim. Iur. Germ. Lib. I. Cap. XIX. §. 28. *i*) Consil. VI. num. 160. *k*) all. loc. Tom. I. Lib. II. Tit. II. §. 31. *l*) Exercit. ad ff. XVI. §. 84. et 85. *m*) Ex. ad ff. XXX. §. 123. *n*) Diss. de Refignat. Iudic. Th. 5. *o*) loc. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. II. §. 34.

## VIII

**H**inc frequens est inuestitura Saxonica, mutato allodii possessore, vid. Constit. Elect. XXXIX. Part. II. et MEYERVS, *p*) <sup>casibus quaerenda sit.</sup> hoc siue per contractum, siue per successionem, eueniat. Ea-que, cum primo acquirenti conceditur, proprie vocabulo inuestiturae, sed, cum descendenti- bus obtingit, nomine renouationis inuestiturae, vid. SLEVOGT, *q*) generali vero titulo inuestiturae Saxonicae communis, oder die gemeine Sächsische Lehn, designatur. FRANZKIUS quidem *r*) inuestiturae necessitatem tantum in donationibus, et bonis auitis, in legibus antiquis Saxonum, hoc loco expresse denominatis, agnoscit. Cui tamen SCHILTERVS, *s*) quoad donationes, cum hoc vocabulum non sensu latino, sed Germanorum, pro contractu oneroso sit accipiendum, satisfecit; iunge HEINECCIUM. *t*) Quo simul distinctio, quoad bona auita, collabitur. Igitur a CARPZOVIO *u*) ex obseruantia fori pariter refutatus est. Iure quoque Saxon. Electorali, secundum Decisionem LXI. nouissimam, in quibuscunque allodiis inuestitura praecipitur, vid. B. de BERGER. *v*)

- p*) loc. cit. Cap. VII. *q*) in Dissertat. de Allodial. Inuestit. Renouat. per tot. *r*) Variar. Resolut. L. II. qu. 12. *s*) Ex. ad ff. XXX. §. 44. et 123. *t*) alleg. loc. Tom. I. Lib. II. Tit. XIV.

F

§. 396.

§. 396. u) Lib. V. Resp. 40. et Decif. CXXVII. v) in Oecon. Jur. lib. II. Tit. II. §. 18. not. 5.

## IX

A quibus  
personis ea  
impetran-  
da sit.

Legibus itaque Saxonum omnes possessores, tam noui, quam his succedentes, ad impetrandam inuestituram deuincti sunt, vid. Constit. Elect. XXXIX. Part. II. it. MEYERVS, x) et quidem, cum posteriorum plures existant, singuli; de quo SLEVOGT, y) Responsum Lips. Mens. Decembr. 1607 exhibitum, daß ein jeglicher seinen Antheil in Lehn zu nehmen schuldig allegat. Eius quoque rei mentionem facit die Churfürstl. Sächsische Sportul-Care, Tit. I. num. 19. et 20. Moris etiam est, vt successores plures in Allodialibus, ipsis delatis, aequae ac in Feudalibus, ante diuisionem, vel alienationem, ad Inuestiturae, vulgo Sterbe-Lehn cognominatae, petitionem teneantur. vid. BEYERVS, z) B. de BERGER, a) et KAESTNERVS, b) Id quod minus in dubium venit in heredibus extraneis. In liberis vero, sub parentum Inuestitura quasi comprehensis, vid. Constit. Elect. I. inedit. von der Lehnmar, hoc non omni dubio caret. Cuius quaestionis decisio cuiuscunque loci Statutis, et consuetudini, merito est relinquenda. Cautio tamen haec heredibus, hanc Inuestituram ante alienationem lubentius declinat, adhibenda est, vt iura, quae ipsis in Allodiis competunt, hereditaria acquirenti cedant. Vt factum memini. Si vero aliquo in loco certum tempus ad petendam Inuestituram determinatum, certum hoc exploratumque est, quando, eo currente, diuisio inter heredes, vel alienatio, non facta sit, quod heredes tunc ante diuisionem, vel alienationem, ad eam etiam impetrandam obligentur.

x) all. loc. Cap. VII. y) in Dissert. cit. Cap. II. §. 3. z) all. loc. Lib. I. Cap. XIX, §. 12. a) Part. I. Resp. 37. b) in Dissert. de Laudemio § 9.

## X

Moribus etiam receptum est, ut primi acquirentes, aequae ac Peti potest  
 successores uniuersales, vel ipsi, vel per Procuratores, vel ab ac-  
 seu Vicarios, Lehnräger cognominatos, Inuestituram petant, quirente i-  
 atque impetrent, vid. STRVVIVS, c) et MEYERVS, d) Quod pfo, vel per  
 singulatum fit a primo acquirente, vel successore, extra limi- Procurato-  
 res iurisdictionis Superioris degente, siue ob priuilegium fori  
 ab eadem exempto. Frequentius est apud Vniuersitates et Col-  
 legia, inprimis autem sexum sequiorem. Qua etiam de causa,  
 vice feminae maritatae, hoc negotio maritus fungi solet. vid.  
 MEYERVS, e) Vicariorum officium autem eo simul tendit,  
 ut Superiori pro oneribus, et reliquis praestandis, caueant.  
 Et requiri possunt a possessoribus Procuratores in casibus  
 praedictis; haud tamen a pluribus heredibus, ad excipiendam  
 Inuestituram ipsismet paratis, ut Ampliff. Dnn. Scabini Lipf.  
 Mens. Ian. An. 1616. responderunt, verb. So ist der Lehn-Herr,  
 gegen Entrichtung der gebührenden Lehnware, ihnen insgesamt die  
 Lehn mitzutheilen schuldig, und sie mögen, einen Lehnräger unter sich  
 zu verordnen, nicht gezwungen werden. vid. MEYERVS, f)  
 STRVVIVS, g) et BERLICHIVS, b). Minime vero obtru-  
 dendus est vicarius Superiori ab illis, cum id in contentum  
 eius vergere videatur, ut ab Ampliff. Dnn. Scabinis Lipsenf.  
 Mens. Decembr. 1607. responsum: Dasß ein jeglicher seinen An-  
 theil in Lehn zu nehmen, und der Lehn-Herr P. von R. einen Lehn-  
 träger zuzulassen nicht schuldig. vid. MEYERVS, i) STRVVI  
 VS, k) et BERLICHIVS, l)

- c) Syntagm. Iur. Feud. Cap. V. aphor. 3. n. 5. d) de Inuestit. Sax.  
 in Reb. Allod. Cap. VII. num. 30. e) alleg. loc. Cap. IV. n. 66.  
 f) loc. cit. Cap. VII. num. 32. g) Decifion. Sabbath. Cap. X.  
 Dec. 18. h) Part. I. Dec. 21. i) loc. cit. Cap. VII. n. 31. k) all.  
 loc. Cap. X. Dec. 18. l) loc. cit. Part. I. Dec. 20.

## XI

Intra quod **S**axones licet de certo tempore, quo petenda sit Inuestitura, temporis spatium a certi nihil statuerint; hinc quoque, mora commissa, nihil Superiore poenae loco, vel fundi priuandi ergo, sancitum sit, vid. Constit. Elect. XXXIX. Part. II. et ad eam Carpzou. Definit. V. flagitanda? it. BERLICHIVS, *m*) CARPZOVIUS, *n*) RICHTERVS, *o*) et SLEVOGT: *p*) Nihilominus tamen plurimis in locis certi temporis spatium, plerumque annale, ad eam impetrandam iure singulari praescriptum est. vid. Statuta Dresdensia Cap. XII. §. 2. et Torgauensia, in quibus posterioribus ad eam obtinendam praeterea duo statuti sunt termini, vnus circa introductionem noui Ordinis Senatorii, alter circa publicationem Conclufi de cereuisia, proxime iterum paranda. Tit. IV. §. I. Superiori autem, vel Iudici, facultas data, ob moram commissam nouum possessorem ad eam cogendi, ob interuenientem quoque dolum et malitiam multa adigendi. Vti Ampliff. Dnn. Scabin. Lips. Mens. Iun. Ann. 1624. pronunciarunt: So haben sich doch gedachte beyde Unterthanen berührter ihrer Lehngüter dadurch nicht verlustig gemacht, sie werden aber gleichwohl deswegen, daß sie so lange still geschwiegen, und uff Erfordern die Lehn über ihre Güter nicht begehret, willkürlich, entweder ein 14. Tage lang mit Gefängnis, oder jeder umb 3. Neue Schock, gestrafft. vid. MEYERVS, *q*) iung. Constit. Elect. XXXIIX. Part. II. et ad eam Carpz. Def. 20. Constit. Elect. XXXIX. Part. II. et ad eam Carpzou. def. 5. et Statuta Dresdensia, all. loc. §. 3. it. CARPZOVIUM, *r*) BERLICHIVM, *s*) RICHTERVM, *t*) HORNIVM, *u*) et SLEVOGT. *v*)

Ob moram et dolum vero aequiores ad eius petitionem compelli possunt.

*m*) Part. I. Dec. 68. n. 11. *n*) Lib. VI. Resp. 108. n. 4. et Lib. I. Resp. 87. n. 6. seqq. *o*) Vol. II. Confil. 389. n. 3. et Decif. 34. n. 4. *p*) Diff. all. Cap. V. §. 3. *q*) alleg. loc. Cap. VII. num. 70. *r*) Lib. I. Resp. 87. n. 7. et Lib. VI. Resp. 108. n. 5. *s*) Part. I. Decif.

Decil. 68. n. 13. *z*) Decil. 84. n. 7. *u*) in Dissert. de Praerogat.  
Mor. Germ. in conc. cum LL. recept. Sect. II. §. 4. *v*) alleg.  
loc. Cap. V. §. 3.

## XII

Inuestiturae autem negotium haec tria complectitur; ut <sup>in quo In-</sup> primo alienans ius suum iudicialiter resignet, vid. Land-<sup>statura con-</sup> Lib. I. Art. 34. et Lib. II. Art. 30. tum rem immobilem iudicialiter tradat, Weich-Bild, Art. XX. LX. et LXI. et tandem sequatur Inuestitura iudicialis: Weich-B. Art. XX. §. der Richter soll etc. et Constit. Elect. XXXIX. Part. II. et ad eam Carpzov. defin. 5. vid. etiam CARPZOVIVS, *x*) PHILIPPI, *y*) NICOLAI, *z*) Perill. L. B. de WERNHER, *a*) et KLEINIVS. *b*) Idem efficit, ut in nouum acquirentem, vel eius successorem vniuersalem, ius habendi et possidendi a Superiore plenarie conferatur. Cum enim Superiori quilibet fundi possessor non obrudendus sit, nec acquirens per solum pactum cum alienante, licet traditio accesserit, Iure Saxonico ius habendi et possidendi plenum ac civile imperret, hoc tantum per Inuestituram ipsi tribuitur, sic, ut distinctio Iuris Romani: fundum in bonis et dominium priuarum, vel dominium civile et plenum in eo, habere: haud incongrue hoc in casu applicari queat; secundum quam illud Ius Bonitarium, hoc autem Quiritarium, de quo supra Cap. IV. §. 3. vocabatur. Eodem modo, per immiſſionem ex Decreto Secundo, propter onera damnosa tantum Ius Bonitarium in bonis immobilibus; accedente tamen praescriptione, etiam Quiritarium, seu civile et plenum, acquirebatur. vid. SCHILTERVS, *c*) et MEYERVS. *d*) Quamuis enim contractus alienationis, intuitu paciscentium, vim obligandi habeat, et, facta traditione, dominium in acquirentem transferatur, hoc tamen pro pleno et civili haud aestimandum, donec Superioris, per Inuestituram declaratus, consensus accedat. vid. HORNIVS. *e*)

a) Lib. I. Resp. 102. et Lib. VI. Resp. 108. g) ad Decif. Elef. LXI. obferu. 1. x) in Refolut. Caf. Refol. XVI. a) in Obferuat. For. Part. III. obf. 25. b) in Diff. cit. Cap. I. §. 21. c) Ex. ad ff. XLII. §. 37. d) in Colleg. Argent. Th. 22. e) in Diff. alleg. Sect. II. §. 4.

## XIII

**A**lienantis  
Resignatio  
iudicialis  
vt praecedat,  
necessario  
est.

Inueftituram, fi rite facienda, vt alienantis abdicatio et resignatio praecedat, mores Saxoniae ftatuunt. Sola enim Inueftitura dominium non acquiritur; Land-N. Lib. I. Art. 34. Lib. II. Art. 24. et Weich-B. Art. XX. vid. CARPZOVIUS, f) et BEYERVS, g) quemadmodum etiam per nudam resignationem ac traditionem, in iudicio factam, transferendi dominii effectus non aliter producitur, quam fi res in super a domino, qui liberam eius administrationem habet, extraiudicialiter tradita fit, vt infra Cap. V. §. 3. pluribus dictum. vid. Perill. L. B. de WERNHER, b). Ea quoque resignatio ab alienante iudicialiter in manus Superioris perfici debet. vid. B. MENCKEN, i) Et coram propriis etiam iudiciis fieri potest. vid. B. HORNIVS, k) et B. de BERGER. l) Nec fufficit, quod a contrahentibus in tabulis, super emtione et venditione exaratis, resignationis mentio facta fuerit, fed, vt alienans ius poffidendi in manus Superioris, a quo antea impetrauit, vel in perfona, vel per literas, resignet, praefcriptum est, quo simul dominio fundi se plane abdicat. vid. PHILIPPI, m) BEYERVS, n) KLEINIVS, o) et SCHVBARTVS, p). Hinc, monente SCHILTERO, q) in contractu venditionis perperam resignatio et referuatio dominii, cum velut contradictoria sint, coniunguntur. Cuius loco B. de BERGER r) commendat hanc cautionem, vt emtor interea, donec resignatio iudicialis fiat, eo nomine sibi hypothecam constitui curet, quo deinceps adios, quibus pariter a venditore eadem posthac constituta est, prae-

praeueniat. Ritus hic alias Effestucatio *r*) denominatur, ex hac, ni fallor, ratione, vt, quemadmodum inuestitura per traditionem festucae fieri consueuerat; ita in resignatione festucae iactio in laisum, vel sinum acquirentis, solemnis esset; L. Salica, Tit. XLVIII. de Affatomie, verb. *Hoc conuenit obseruare, vt Tunginus, vel Centenarius, malleum inducent, et scutum in ipso mallo babeant, et tres homines causas tres demandare debent in ipso mallo, et requiratur postea homo, qui ei non pertinet, et sic Festucam in Laisum iacter, et ipsi, in cuius Laisum Festucam iactauerit, dicat verbum de fortuna sua, quantum ei voluerit dare.* vid. etiam, ECCARDVS, *r*) et VERPOORTENN. *u*)

*f*) in Defin. 13. ad Constit. Elect. XXXI. Part. II. et Lib. I. Resp. 102. et Lib. V. Resp. 41. *g*) in Delin. Jur. Ciu. ad Pand. Lib. XIX. Tit. I. §. 15. *h*) loc. cit. Part. III. obseru. 25. *i*) in Tractat. Synopt. ff. Lib. IX. Tit. I. *k*) Respons. Class. XI. Resp. 10. *l*) in Supplem. ad Elect. Discept. For. Part. II. Tit. II. pag. 33. *m*) ad Decret. Elect. LXI. obs. I. num. 13. *n*) in Specim. Jur. German. Lib. XIX. Tit. I. §. 21. *o*) Dissert. cit. Cap. I. §. 21. *p*) in Dissert. de Resignat. Iudic. tit. 15. *q*) Ex. ad ff. XXX. §. 77. *r*) in Resolut. LL. obs. Lib. XIX. Tit. I. pag. 392. *s*) Qui effestucationis mos in Geldria quoque obtinet, et hodie vocatur *Opracht*, seu *Transport*; vid. Frid. a Sande, Tr. de Effestucatione, Cap. II. num. 8. seqq. Quod Galli *werpir* appellant. vid. Huberus in Praelect. ad Instit. Lib. II. Tit. I. §. 58. et Dn. Heinecius, in loc. alleg. Tom. I. Lib. II. Tit. III. §. 80. et 97. *t*) ad L. Salicam, Tit. XLVIII. de Affatomie, pag. 158. *u*) Tr. cit. §. 27.

#### §. XIV

Sicut autem Gentis Germanicae vsus fuit, in contractibus et alienationibus aequae, ac in transferendis iuribus, solemnia quaedam et signa adhibere, partim ad eorum confirmationem, Certa et solemnissima ad Inuestituras actum adhibentur.

quo refero, *muram manuum dationem*, de qua ECKARDVS, v) SCHILTERVS, x) *Dn. v. Z. y) HEINECCIUS, z) VERPOORTENN, a) et BOEHMERVS b) Potum*, ad cuius haustum tacite, vel expresse precabantur, vt ille valetudini, viraque ipsorum, noceret, nisi facerent secundum promissa, *Propinationem*, Maiores enim sine symposio, vel certe sine vini, aut potus patrii, haustu, traditionis actum non perficiebant, vid. HEINECCIUS c) *Arrhae dationem*, quae hunc in finem perficiebatur, vt consensus magis confirmaretur, et securior fieret alter de non recedendo, vid. Lex. Baiuar. Tit. XV. Cap. X. Item SCHILTERVS, d) et HEINECCIUS e) cuius arrhae varia denominatio obuenit; Iur. Prouinc. Suevic. vocatur, *der Keykauff*, Cap. CCXLVII. §. 2. Iur. Prussic. autem *der Hafft-ysfenig, Hafft-Geld*, Lib. IV. Tit. VI. art. 7. §. 3. eodem nomine Iur. Wurtembergico venit, Part. II. Tit. IX. *Testium*, vid. L. Salica, Tit. XLIX. de Adframire. Lex Ripuar. Tit. LIX. §. 1. et Tit. LX. Lex. Baiuar. Tit. XV. Cap. II. et Tit. XVI. Cap. II. §. 1. LEHMANNI CHRONIC. SPIR. *Lib. II. Cap. XXIX.* vid. etiam SCHILTERVS, f) et HEINECCIUS g) et *iurisiurandi admissionem*, quo etiam *obligatio bey Schelmen schelten* pertinet, vid. *Dn. SENCKENBERG, b) HEINECCIUS, i) et Sam. BRUNQVELLVS k) partim*, vt haec solemnia sint vice fundorum, vel iurium, seu symbola istorum, in alium colatorum, ad imitationem Romanorum, §. 45. I. de R. D. L. 9. §. 6. ff. de A. R. D. L. I. C. de Donat. et STRVVIVS: l) Hinc Inuestitura feudalis per varia symbola fieri solet, de his vid. *Celeber. Dn. MENCKEN, m) et Dn. HOFFMANN. n) Quibus* accensenda Inuestitura per pileum, in Pomerania, vid. *LUDOLFF, o) et in Sabaudia, vid. FABER, p) cuius etiam* attredatione ciues vrbs Hallensis inaugurari, perhibet *Dn. a LUDWIG, q) et in ciuitate Torgauiensi, pileo ab eo, qui ius ciuitatis petit, Consuli tradito, et ab hoc ipsi reddito, iura* ciuium



ciuum impertiuntur. Idem in traditione allodialium obser-  
uarum per festucam, in alterius sinum iactam, quem actum  
traditionis, Laifowerpum, dicebant, r) item per glebam,  
cespitem, baculum, herbam, chirothecam, annulum, hastam,  
lignum, pileum, virgam, cornu, s) scotationem, t) frondes, u)  
librum, et alia signa, quorum plura recenset SCHILTE  
RVS, v) *Eu. OTTO*, x) et HEINECCIUS. y)

v) ad L. Salicam, Tit. XXIX. et XL. ibique in not. x) Ex. ad ff.  
VIII. §. 5. in not. lit. c. y) in *Introduct. in Ius Elect. et Comm.*  
*Saxon. Lib. III. Tit. 3. §. 1.* z) loc. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. 3. §.  
76. et Tit. 12. §. 335. a) Tr. cit. §. 22. in not. b) in *Dissert. Hand*  
*muß Hand gewehren*, per tor. c) alleg. loc. Tom. I. Lib. II. Tit.  
3. §. 78. d) Ex. ad ff. XXX. §. 33. 34. seqq. e) loc. cit. Tom.  
I. Lib. II. Tit. 14. §. 394. et 397. f) Ex. VIII. §. 3. ibique in  
not. lit. b. g) loc. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. 3. §. 72. et Tit. 14.  
§. 394. h) *Deutsche gemeine Rechts-Gelehrsamkeit*, Lib. III.  
Cap. I. §. 53. seqq. i) loc. cit. Tom. II. Lib. II. Tit. 22. §. 101.  
k) in *Dissert. de Pictura famosa*. Ien. 1733. l) in *Syntagm. Iur.*  
*Ciu. Ex. XLI. §. 57.* m) in *Dissert. de eo, quod iustum est*, cir-  
ca Inuestit. solemnem. n) in *Dissert. de Iurisprud. Symbol. Cap.*  
*IV. §. 5.* o) in *der Schau-Bühne der Welt*, Tom. IV. Cap.  
II. p) in *Codic. Definit. For. Sabaud. Lib. VII. Tit. VII. de*  
*fin. 7. et 9. pag. 808.* q) de *Iure Clientelari German. Sect. I.*  
*Cap. III. §. 5. in not. lit. i.* r) Maioribus etenim nostris Laifa  
sinus fuit, et qui tradidit, is guerpire, werpire, (werffen) vel lai-  
fowerpire, dicebatur, vid. *Marculff. Form. Lib. I. Cap. XIII. Vil-*  
*las nuncupatas* - - - - - per festucam visus est  
werpisse, vel condonasse; et Lex Salica, Tit. XLVIII. Per fe-  
stucam in Laifum iacter. s) Haec fiebat, quando res, exhausto cor-  
nu, vino repleto, tradebatur. Quam solemnitatem etiam in re-  
bus, Ecclesiae tradendis, obseruantes, se res illas caeliri alicui pre-  
pinare, dicebant; vid. *Eu. OTTO* in *Iurispr. Symb. Ex. I. Cap. XI.*  
*pag. 67.* et HEINECCIUS all. loc. Lib. II. Tit. III. §. 78. t) de hac  
vid. *Iob. STRAVCHIVS*, *Amoenit. Iur. Canon. Semest. I. Eclog. 3.*  
*cap. 4.* HYBERVS in *Praelect. ad I. Lib. II. Tit. I. §. 58.* B. GVND

lingius, in Gundling. Part. VII. Cap. 1 V. et VERPOORTEN in Schediasm. de Inuestit. Alod. §. 36. u) Frondes religionis causa adhibitas fuisse, videtur, cum non minus arbores, quam ramuli Germanis fuerint sacri. vid. KEYSER, in Antiquitat. Septentrion. et Celt. pag. 62. et 72. et HEINECCIUS, loc. cit. Lib. II. T. I. §. 3. Hinc sub illis sacrificia oblata, negotia publica peracta, et iudicia habita sunt. Ibid. p. 77. et in Append. Nec vlla sacrificia sine frondibus, altari iniectis, conficiebantur. vid. SCHEDIVS, de Diis German. Cap. XXIX. et HEINECCIUS, alleg. loc. v) Ex. ad ff. VIII. §. 5. in not. lit. c. x) in Jurispr. Symbol. Ex. I. Cap. XI. y) loc. cit. Lib. II. Tit. III. §. 77.

## XV

Leges eius-  
modi sole-  
mnia ex-  
presse non  
praescri-  
bunt.

In legibus Germanorum et Saxonum solemnia, Inuestiturae adhibenda, nulla fere nominatenus praescripta, reperio. Quam ob rem in reliquis Germaniae, pariter ac in aliis quibusdam locis, licet hi iure Saxonico vtantur, solemnibus inuestiturae vice, consensus tantum Superioris, vel iudicis, praeuia ab alienante facta abdicatione fundi alienati, siue der Verlassung, mediante inscriptione, vel relatione nominis acquirentis, tanquam noui possessoris, in librum ciuitatis, durch die Einschreibung, oder Zuschreibung, interponitur; prout iure Lubecensi moris est, secundum antea allegatum Lib. I. Tit. X. Art. 3. et Lib. III. Tit. VI. Art. I. atque MEVIVM, ad eum commentantem, et alibi receptum, vid. SCHILTERVS. 2) De ciuitate Hallensi idem commemorat *Dn. a LUDWIGS*. a) Accedit alibi immissio in fundum, nouiter acquisitum, die Einweisung, de qua etiam Weich-Bild, Art. XX. verb. In die Gabe etc. et Art. XXI. verb. So soll man ihn einweisen etc. quae Dantisci, et quibusdam Germaniae locis, adhuc vsitata est.

2) Ex. XXX. §. 123. a) de Iure Clientelari German. Sect. I. Cap. III. §. 5. in not. lit. i.

## XVI

Ritus hinc solemnes, circa Inuestituram multis in Saxoniae locis receptos, ex pristina consuetudine ad haec tempora derivatos esse, vix est dubitandum, vid. HEINECCIUS. *b*) Quibus annuero solemnem iudicii formationem, singularem verborum conceptionem, et certorum signorum vel symbolorum usum. Proinde leges Saxonicae eam non tantum coram iudice, pro tribunali sedente, sed etiam praesentibus Scabinis, vid. Land-Recht Lib. I. Art. 52. et Lib. II. Art. XXX. et Weich-Bild, Art. XX. LX. et LXI. iudicio annunciatum, nachdem das Gerichte ordentlich ist geheget worden, oder vor gehegeter Banc; Land-Recht, Lib. I. Art. 59. et Weich-Bild, Art. XVI. fieri curant. Quam etiam praecedere solet praconis, apertis iudicii ianuis, publica denunciatio fundi, de quo Inuestitura petita est; vbi, nemine contradicente, iudex verbis conceptis acquirenti Inuestituram praebet, vel porrecta, dataque manu, qui mos Wittebergae obtinet, vel mediante baculo, quem acquirens attingit, vt Lipsiae fert consuetudo, vid. MEYERVS, *c*) vel per traditionem festucae, seu ramuli, quemadmodum in urbe Torgauia et Liebenwerda vsu venit, vid. BEYERVS, *d*) et *B. de BERGER*, *e*). His omnibus consentanea est quodammodo Lex Salica, Tit. XLIX. de Adframire. Eandem extra ciuitates obtinuisse consuetudinem, obseruavi, speciatim ex actis iudicialibus apud Marckas Horn et Iubin, prope urbem Dommitzsch sitas, quarum Dominus ab Emphyteuta quodam anno 1697. literis supplicibus exoratus fuit: Daß der Herr von B. als Erb-Lehn- und Gerichts-Herr der beyden Marcken Iubin und Horn, ihm seine im Horn gelegene Wiese durch das Reiß in Lehn und Würden reichen und geben wolle. ~ ~ ~ ~ ~ Cuius precibus gratificatus est Dominus, et literas Inuestiturae ei dedit, quibus inserta sunt verba: Als demselben obgedach-

Sed haec  
antiquis  
moribus  
descer-  
dunt.

Singularia  
quaedam  
de illis ex  
Statutis et  
moribus  
Torgau-  
ensibus.

te Horn: Wiese dergestalt gerichtlich durch das Reiß in Lehn und Würden gereicht worden. Huic annecto, quae in collectione, anno 1537. ex antiquissimis Statutis et moribus ciuitatis Torgauensis descripta, in Caria huius Ciuitatis annotata sunt. Verba ita se habent: Derjenige, so ein Haus verkaufft hat, der sol das, nach gebetener Laube, mit dem Reiß in die Gerichte auflassen, und, nach beschener Anzeige, wie theuer, und in welcher Gestalt, der Kauff geschehen, den Lehn-Schatz, als von jedem Schock 4. naue Pfennige, geben. Nach diesen lest der Richter den Kauff, und das eingelegte Reiß, austruffen, das wehr darwieder zu reden hat, der solt jekunt thun, und darnach stille schweigen. Nach beschehenen gerufe, und wann der Keuffer das Haus, und eingelegte Reiß, durch Urthel ihme zu erkennen, und zu leihen, bitter, nimmt der Richter dasselbe Reiß, und reicht das dem Keuffer, sprechen, weil das Reiß ausgeruffen, und niemands darwieder ist, so leihe ichs euch von Gottes, Rathes, und Gerichts wegen in Nahmen des Vaters, und des Sohnes, und des Heiligen Geistes, Amen, und gebiete euch in Frieden. Praesentibus temporibus Torgauiae cessat comparitio venditoris, et eius depositio contractus emtionis venditionis cum festuca, seu ramulo in iudicio, quoniam huius confirmatio, et Resignatio domini, coram Senatu praecedit; hinc tantum a Praetore Inuestitura per traditionem festucae, seu ramuli, et quidem tricipitis, a betula decisi, perficitur.

b) in Element. Iur. German. Lib. II. Tit. III. §. 80. c) de Inuestit. Sax. in Reb. Allod. Cap. V. §. 5. d) in Spec. Iur. Germ. Lib. I. Tit. XIX. §. 11. et in Delin. Iur. Ciu. ad Pand. Lib. XIX. Tit. I. in not. lit. e. e) in Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 19.

### XVII

A quo In-  
uestitura  
alodialis

Inuestitura ab ipso Superiore, et eum repraesentante, hinc etiam a Magistratu, seu Senatu, cui iurisdictio competit, vel eius

eius deputatis, quo Praetor et Scabini referendi, ceu plurimis in locis suctum, regulariter fieri solet. Peculiare quid habuit civitas Torgaviensis prioribus temporibus, quod inuestitura domorum apud Praetorem, reliquorum autem fundorum, exceptis denen sogenannten Stadt-Husen, apud Senatum quaerenda: ratione deber sogenannten Stadt-Husen aber, Resignatio iudici, a Senatu ipsis praefecto, dem Husen-Nichter, facienda, ab eoque Inuestitura, et quidem sub dio in ponte ad portam, Lipsiae viam monstrante, conferenda fuerit.

expediam-  
da est.

XVIII

Comitatur saepius Inuestituram Laudemium, *f*) vel fixum, vel ad rationem pretii, pro fundo dati, accommodatum, ab acquirente praestandum. vid. Weich-Bild, Art. XX. et XXI. nec non FRANZKIVM, *g*) TENZELIVM, *h*) III. Du. LEYSERVVM, *i*) et Du. KAESTNERVM. *k*) Quod autem non, nisi ubi id receptum, vel pactum, exigendum est. Sic Div. Mauritius Elector disposuit in Ordinatione Provinciali, in der Landes-Ordnung de Anno 1543. sub Titulo, von Ordnungen, und Freyheit der Städte; verb. Wir wollen auch und gebieten, daß die Bürger in Städten, und andere in unsern Nemptern, und sonst, mit der Lehnwahrre nicht übernommen, sondern darinn die alte Gewohnheit, und das unvermeintliche Zerkommen gehalten, und, wo dasselbige mit Bestand nicht eingeführet, gar nicht unter keinerley Schein unterstanden werden. Reliqua, quae hic deesse videntur, ex Elect. Div. Augusti Constitut. I. inedita, von der Lehn-Wahr, quam supra Cap. III. §. III. verbotenus recensui, suppleuntur. vid. etiam Constit. Elect. XXXIX. Part. II. et ad eam Carpzov. desin. XI. et XII. Specialis est mos Torgaviensis, Laudemium; sine den sogenannten Lehn-Schaf, a venditore, vt supra dixi, requirens, vid. Sta-

De Laudemio, inuesti-  
ficienti sol-  
vendo,

quod Tor-  
gaviae a  
venditore  
est. praestari  
debet.



tut. Torgauiens. Cap. IV. §. 3. Praestandae etiam sunt certae sportulae tum Iudici, tum actuario, antiquis tabulis plurimum der Leise- und Schreibe-Groschen, vder Schreib-Schilling, vocatae: vid. Diu. Elect. Augusti Constit. von der Lehn-Wahr, et Celeber. Dn. Heineccius, *l*) quae hodie ex cuiusque loci consuetudine aestimandae sunt. Dari quoque solet, Inuestituram accipienti, testimonium de illa, ein Lehn-Schein, cui, cum a Supremo ea facta est, literae plerumque Inuestiturae accedunt.

*f*) Quod. Lauechild, quasi Lehn-Geld, vocatur in Leg. Longobard. Lib. II. Tit. I. §. 6. it. Lehn-Wahr, vel der Weinkauff, vid. HEINECCIUS, alleg. loc. Lib. II. Tit. IV. §. 125. et Handlohn, vid. HEINECCIUS, loc. cit. Lib. III. Tit. V. §. 167. Alias quoque significationes recenset Dn. KAESTNERUS, in Dissert. de Laudemiis. §. I. Hoc vero Laudemium inde originem traxit, quod illi, qui Inuestituram impetrauerant, varias res, tanquam redhoftimentum acceptae Inuestiturae, praestare solebant; quae res, Superiori in prima Inuestitura conuentae, postea certa pecunia aestimatae fuerunt, et nomine Laudemiorum venerunt. vid. HEINECCIUS, loc. cit. Tom. I. Lib. II. Tit. IV. §. 118. *g*) in Tract. de Laudemiis. *h*) in Tr. de Laudemiis. *i*) in Meditar. ad ff Spec. 104. *k*) in Dissert. de Laudemio, von der Lehn-Waare, *l*) alleg. loc. Lib. II. Tit. IV. §. 125.

CAPVT V  
AGENS

DE EFFECTV INVESTITVRAE SAXO  
NICAE, ALLODIORVM ET DE QVI  
BVSDAM CIRCA ILLAM OBVENIEN  
TIBVS DVBIIS.

I

Effectus  
huius In-  
uestiturae.

**I**nquirendum iam est in id, quidnam iuris potioris efficiat traditio iudicialis, et Inuestitura, prae traditione, qua Iure Romano dominium transfertur. Illustris hac de re inter

FRANZ

FRANZKIVM et CARPZOVIUM intercessit quaestio. Ille enim autumat, *a*) quod in Allodialibus, exceptis bonis avitis, et donatis, ad transferendum dominium Inuestitura haud necessaria sit, cum, ut supra Cap. IV. §. 8. commemoratum, Legibus Saxonum antiquis, haec minime requiratur: Hic vero *b*) a sententia contraria stat, ad praesidium observantiae fori Saxonici, longe certissimae, provocans. Viri usque sententiam hoc componi posse modo, existimat SCHILTERVS, *c*) cum inter bona Censitica, et mere allodialia, distinguit, et de illis CARPZOVII, de his vero, inuestiturae expertibus, FRANZKII, opinionem pro vera agnoscit. Ipse tamen simul fatetur, quod mores Inuestiturae ad mere allodialia quoque extenderint. Videndum itaque, quid hac in parte iuri Romano, quoad translationem dominii, relictum sit; et quid iura Saxonica ad eam praeterea requirant. Bene autem iudicat *B. de BERGER*, *d*) quod ius Saxonicum, quantum ad rationem transferendi dominii, iuri Civili nihil detrahat, sed aliquid adiciat, nempe munimentum resignationis iudicialis. Cui ad stipulatur *Perill. L. B. de WERNHER. e*) Cum autem proletarium sit, iure Romano dominium per contractum et traditionem transferri, nihil causae adesse videtur, quod hoc in terris Saxonice abrogatum esse dicamus. Quemadmodum autem supra Cap. IV. §. 3. monitum, quod inter dominium Bonitarium, et Quiritarium, seu Civile, distinctio, etiam Romanis non incognita, deinceps tamen apud eos sublata, *L. un. C. de Nud. Iur. Quirit. roll.* et *L. un. C. de Vsup. Transform.* vid. quoque SCHILTERVS, *f*) facienda sit; Sic iure aequae Saxonico non tantum ante resignationem factam contractus alienationis validus est, vid. *Sand-R. Lib. I. Art. 9. it. SCHILTERVM, g*) MEYERVM, *b*) et SCHVBARTVM, *i*) sed etiam per traditionem dominium, bonitarium tamen, licet verum, *k*) per resignationem et Inuestiturae autem dominium demum civile, et ple-

num

num, transit, vid. SCHILTERVS. l) Dum Leges et mores Saxonum praeterea abdicationem venditoris, et Superioris consensum, per Inuestituram declaratum, ad hoc desiderant, ante quam acquirens liberam potestatem in alienando, et oppignorando, fundo habeat: hinc CARPZOVII sententiae, in Desin. XIII. ad Constitut. Elect. XXXVIII. Part. II. propositae, accedere vereor, autumantis, quod in Saxonia contractus venditionis, licet traditio accesserit, pro vero et valido haud sit existimandus, adeoque ob eum, infcio Domino directo celebratum, Emphyteuta bono Emphyteutico priuari non possit, nisi facta simul Resignatione iudiciali; cum ex proprio ipsius iudicio, ibidem subiecto, ea ratione nunquam in Saxonia eiusmodi casus, quo priuatio boni Emphyteutici ob alienationem, ignorante Domino directo factam, locum habeat. Quam ob rem, cum nihilominus ea per Leges sancita sit, vid. L. 3. C. de Iur. Emphyt. res ipsa docet, eiusmodi alienationem, et traditionem, effectum transferendi dominii habere, Legislatores persuasos fuisse; id quod exempla priuationis comprobant, vid. SCHV BARTVS. m) CARPZOVIO etiam contradicit STRVVIVS, n) bene asserens, quod Emphyteuta, qui, rem tradendo, et nouum possessorem, quantum in ipso est, constituendo, contra Legem praescriptam agit, emphyteusi priuari possit, licet iudicialis Resignatio nondum facta sit. Idem sentit HEIGIVS, o) et Modest. PISTORIS. p)

a) Variar. Resol. Lib. II. qu. 12. b) in Decis. CXXVII. et Lib. I. Resp. 201. et Lib. V. Resp. 40. c) Ex. ad ff. XXX. §. 123. d) in Resolut. I.L. obstant. Lib. XLI. Tit. II. qu. 4. pag. 715. e) Part. III. obseru. 25. num. 8. pag. 55. f) Ex. ad ff. XXX. §. 46. g) Ex. ad ff. XXX. §. 42. h) in Tract. de Inuestit. Saxon. Cap. VI. num. 11. seqq. i) in Dissert. de Resignat. Iudic. th. 20. k) Eandem Senatam Prouocat. Illustr. qui Dresdae est, tenuisse sententiam, refert NICOLAI, Resol. 16. num. 20. seqq. l) Ex. XXX. §. 46. et in Praxi Art. Analytic. Part. III. Cap. I. §. 24. m) loc. cit.



cit. th 25. n) in Decision. Sabbath. Cap. X. Dec. 4. o) Part.  
II. Quaest. 18. num. 14. p) Part. IV. qu. 132. num. 4. et 5.

II

**B**.TITIVS q) opinatur, venditorem, licet emtori rem tra-  
diderit, nihilominus dominium, vsque dum iudicialis re-  
signatio facta sit, retinere. Simul tamen negat, hoc verum do-  
minium esse, sed tantum videri, ait. Quam ob causam ille in  
cenfuram *Perill. L. B. de WERNHER r)* incurrit, asserentis: s)  
verum et efficax dominium venditori in re immobili, licet  
tradita, competere, quamdiu illud Magistratui non resignaue-  
rit. Quorum tamen opinio, thesi meae aduersa, per distinctio-  
nem, saepius commemoratam, inter dominium Bonitarium, et  
Ciuile, seu plenum, tollitur.

Contraria  
de eo sen-  
tentia.

q) in Obseruat. ad Compend. Lauterbach. Cap. 569. num. 13. pag.  
378. seqq. r) in Dissert. de Effectu Tradit. Rer. Immobil. Al-  
lod. sine Inuestit. §. 13. seqq. s) in Dissert. cit. §. 17. et in Ob-  
seruat. For. Part. III. Obseru. 25. num. 20. seqq.

III

**N**otandum quoque est, sola Resignatione, et Inuestitura iu-  
diciali, non transire dominium in emtorem, nisi, praeter  
contractum, etiam traditio extraiudicialis vel facta sit, vel ad-  
huc libere fieri possit. §. 40. et 42. I. de R. D. L. 50. ff. de  
Rei Vind. et L. 20. C. de Pactis. it. Decis. Elect. LXI. verb.  
Dasz hinführo zc. et Carpz. Defin. 13. ad Constit. Elect. XXXI.  
Part. II. vid. etiam *B. de BERGER, r) SCHILTERVS, u) BER-  
LICHIVS, v) BEYERVS, x)* et *Perill. L. B. de WERNHER. y)*  
In quam sententiam pronunciauit Curia Prouinc. Vitemberg.  
Anno. 1720. verb: Dasz gestalten Sachen nach, und in Ansehung,  
dasz vor der beschehenen Execution die wirkliche Ubergabe des Hau-  
ses

Ad Inuesti-  
turam tra-  
ditio quo-  
que extra-  
iudicialis  
accedere  
debet.

ses noch nicht geschehen, ohne diese hingegen die bloße Resignatio iudicialis ad translationem domini nicht zulänglich, in erster Instanz wohl verfahren, und übel appelliret. Hinc optime iudicat *Perill. L. B. de WERNHER, in iam allegat. Dissert. §. 17. verb: Frustra enim est iudicialis Resignatio, atque Inuestitura, si res ipsa, cuius dominium est transferendum, tradi nequeat, sed iam ab alio, voluntate domini, iustoque titulo, occupata sit.* Nec sufficit pactum nudum de tradendo, vel, ut verba: Er verkauffe, und übergebe hiermit zc. zc. instrumento, super emtione et venditione confecto, inserta sint. Dominium enim nuda verbali traditione, nisi realis accesserit, non transfertur. vid. *Ill. Dn. LEYSERVS. 2)* Nec sola istiusmodi declaratio pro ficta traditione habetur. *L. 48. ff. de Acquir. vel Amitt. Poss. L. 20. C. de Pact. vid. Ill. Dn. LEYSERVM. a)* Quae traditio non minus requiritur, si quis cum ipso Principe contrahit. Princeps enim in contractibus iure priuatorum vitur. Ita ICti Viteberg. responderunt ad interrogationem Anton Ferdinand von Zerwis, und Johann August Bircken zu Weissenfels. *Menf. Mart. Anno 1721. vid. Perill. L. B. de WERNHER. b)*

z) in *Oecon. Iur. Lib. II. Tit. 2. §. 18. not. f. u)* *Ex. XLV. §. 49. in not. v)* *Part. II. Concl. 40. n. 34. x)* in *Delin. Iur. Ciu. ad ff. Lib. XIX. Tit. I. §. 11. seqq. y)* *Part. III. Obseru. 25. z)* in *Medit. ad ff. Spec. XXXIX. med. 8. a)* *loc. cit. Spec. CCVII. med. 1. et Spec. CCCCXLIV. med. 5. b)* *alleg. loc. Part. IX. obseru. 132.*

## IV

Si res duobus in solidum vendita, quid sit a cendum.

**H**is igitur praestructis, ex iisdem facili negotio decisio dubiorum circa alienationem et oppignorationem fundi, pluribus in solidum factam, obuentionum peti potest. Siue autem, quod res immobilis duobus sit vendita, vnique ex emtoribus extrajudicialiter tradita; siue etiam, quod alteri, cui traditio priuata

priuata non facta est, Resignatio tamen, atque Inuestitura iudicialis, obtigerit, posueris: quaestio frequens mota fuit, quis ex iis iure potiore vtatur? Iure Romano res expedita est, eum, cui traditio priori loco, animo transferendi dominium, facta, praefendum esse. L. 72. ff. de Rei Vind. L. 9. §. 4. ff. de Publ. in rem Act. L. 31. §. 2. ff. de Act. Emt. L. 15. C. de Rei Vind. vid. etiam CARPZOVIVS, c) B. de BERGER, d) et Ill. Du. LEYSERVS, e) Sed cum sola Resignatione, et Inuestitura iudiciali, haud praeunte traditione, vel occupatione iusta, non transferatur dominium; ea de causa prior omnino emtor praefendus est, vid. Weich-Bild Art. LX. Consentit Perill. L. B. de WERNHER, f) ex alia tamen, quam impetrati per traditionem dominii, quippe quod negat, ratione, sed, quia, traditione vni ex emtoribus facta, alter possessione vacua potiri non possit, imo et per traditionem in emtorem ius reale transeat, quo alter destituatur, L. 20. C. de Pactis. nec competat emtori, cui res nondum tradita est, contra eum, cui traditio iam facta, ius agendi; non personale, quia nullum inter ipsos intercessit negotium; neque reale, quia emtor tantum ius ad rem ex emuione quaesitum habet. vid. Perill. L. B. de WERNHER, g) Idem B. de BERGER b) affirmat, ex hac quidem ratione, quia emtor, cui res tradita, etsi verum dominium non acquirat, Praetorium tamen, per traditionem, nanciscatur, ex quo dominii genere ei contra alterum emtorem, nondum subsequuta Resignatione iudiciali, Actio Publiciana competat. Ita quoque respondit Facult. Viteberg. Iuridica. vid. B. de BERGER, i) Eandem sententiam comprobant SCHILTERVS, k) et CARPZOVIVS, l) Add. KLEINIVS, m) imprimis B. de BERGER, n) Aliter se res habet, si vna eademque res a diuersis non dominis duobus est vendita, tunc enim ille praefertur, qui possidet: si neuter possidet, is, cui prius tradita est, praerogatiuam habet. L. 31. §. vlt. ff. de Act. Emt. vid. Perill. L. B. de WERNHER.

HER. o) Excipitur tamen casus, si emtor, cui res simul tradita est, in mala fide fuerit, et sciuerit, rem, quam emit, iam alteri fuisse venditam; tum non solum exceptione doli submouetur, uerum etiam, si rem possidet, actione in factum conueniri potest, ut fundum, non reddito pretio, restituat. L. 15. C. de Rei Vindic. ad eamque Brunnemannus. vid. MEVIVS, p) B. de BERGER, q) Perill. L. B. de WERNHER, r) et Ill. Dn. LEYSERVS. s) Sin autem duae concurrant traditiones, vna ficta, altera vera, disceptatur inter Doctores, quisnam potiore iure fruatur? vtrum ille, qui veram et realem possessionem nactus, an vero hic, cui tantum ficte res tradita est? CARPZOVIUS Defin. 15. ad Constit. Elect. XXXIII. Part. II. posteriorem; Gothofredus vero in notis ad L. 15. C. de Rei Vindicat. priorem antefert. Gothofredo assentitur quoque Ill. Dn. LEYSERVS. t) B. de BERGER u) vero existimat, eum esse praefendum, cui res prius tradita, ita, vt nec intersit, an traditio vere, an ficte, sit facta.

c) in Defin. XV. ad Constit. Elect. XXXIII. Part. II. et Lib. V. Tit. V. Respon. 41. d) in Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 18. not. 6. e) alleg. loc. Specim. 444. med. 2. f) alleg. Dissert. §. 18. et Part. III. Obseru. 25. num. 10. g) Part. II. obseru. 370. b) loc. cit. Lib. II. Tit. II. §. 18. not. 10. i) Part. II. Resp. 196. k) Ex. ad ff. XXX. §. 124. l) Lib. V. Resp. 40. et 41. ibidemque subiectis variis praecudiciis. m) in Dissert. de Religat. iudic. Cap. III. §. 8. et 9. n) in Disquisit. de Vilitat. Vscap. in prob. domin. §. 4. o) Part. IX. obseru. 7. p) P. VI. Decif. 153. q) in Supplem. ad Elect. Disceptat. For. Part. II. pag. 216. r) Part. II. obl. 370. s) loc. cit. Specim. 444. med. 3. t) alleg. loc. Specim. 444. med. 4. u) in Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 18. not. 10.

## V

Menii et  
ICTorum  
Gissenium

Differentem quidem inuenio MEVIVM ad ius Lubec. Part. III. Tit. VI. Arr. 1. num. 10. existimantem: Quando duobus

bus res in solidum vendita sit, etsi, prius possessionem adipsentis, potior sit conditio, *L. 15. C. de Rei vindicat.* eum tamen, cui prius cessio, die *Verlassung*, euenerit, cum ea traditionis loco sit, rem venditam retinere, etsi alter possessionem eius citius praeoccupauerit. In eandem partem inclinarent I Crī Gissenfes in Responso apud HERTIVM Tom. I. Consilior. et Responf. Decif. 493. Cum vero cessio, vel resignatio Superiori, non contrahenti, fiat, eam nec traditionis effectum habere, in aprico est.

opinio contraria.

VI

**A**b hoc quoque pendet resolutio quaestionis: Annon fundus venditus, et traditus, moto, ante Resignationem iudicalem, super venditoris bonis, concursu creditorum, ad eum trahi possit, nec ne? Quod quidem primo intuitu negandum videtur, quoniam ex sententia plurimorum I Crorum dominium per traditionem ad emtorem transit, adeoque fundus in venditoris bonis amplius non existit. Sed, quamuis per traditionem dominium Bonitarium in emtorem delatum sit, remansit tamen Ciuile adhuc apud venditorem, cuius intuitu, et cum hoc in manus iudicis nondum abdicatum fuerit, venditor Iure Saxonico adhuc pro possessore ciuili habetur. vid. PHILIPPI, v) qui et praeiudicia Collegiorum allegat. Quae de causa haftenus in foro Saxonico Electorali ex dispositione Decif. LXI. recepta fuit sententia, quod hoc casu fundus alienatus sequatur venditoris concursum. Ac de illa ex Sum. Prouocat. quod Dresdae est, iudicio, praeiudicia inseruit SCHVBARTVS. x) Quam etiam probat BARTHIVS, y) eum tamen excipiens et praeiudiciis confirmans casum, quando ante motum concursum Resignatio dominii, licet, per literas, etiam nondum secuta inuestitura, accesserit. Quod ad ius

An bona vendita, et tradita, moto ante Resignationem iudicalem super venditoris bonis concursu creditorum, ad hunc trahi queant, nec ne?

Saxonicum commune spectat, hac de re, quoad allodialia, disceptatur quidem; Icti enim Ienenses, Richterus, Franzkius, Struuius, et alii, bona allodialia, Emphyteuticis et Censiticis ab ipsis contradistincta, a resignationis et Inuestiturae necessitate eximunt. Quibus tamen et hoc loco obseruantia contraria, quemadmodum Cap. IV. §. 7. dictum, reponenda est. Vtrumque igitur ius inter se, nisi in eo, quod illud iure scripto, hoc vero non scripto, fundetur, non differt. iung. SCHVBARTVM. 2) *Perill. L. B. de WERNHER a)* hac de re in singularem abit sententiam, cum sibi persuasum habet, quod creditoribus fundum, a debitore alienatum, et emtori sine resignatione iudiciali traditum, excitato concursu, repetere, et ab emtore reuocare, haud liceat, tum, secundum eius superius allegatam sententiam, eo in casu, quando ipse venditor, ob non impetratam iudicalem Inuestituram, dominium rei nunquam consecutus; tum quoque, si venditor et debitor communis, ob intermissam Resignationem rei venditae, atque traditae, re vera adhuc dominus est: quia casu priori debitor in re emta dominium rei nunquam impetrauerit; posteriori vero, emtor exceptione rei venditae atque traditae, quemadmodum contra debitorem communem vendentem, sic aequae contra huius creditores, tutus sit. Aliorum tamen malim sequi sententiam, qui, nondum facta Resignatione iudiciali, emtori tantum actionem ad Interesse, et repetitionem pretii soluti, asserunt, vid. SCHILTERVS, b) CARPZOVIVS, c) MENOCHIVS, d) et HERTIVS e) cum in Saxonia, ex speciali Legum dispositione, alienatio immobilium pro valida non habeatur, nisi Resignatio alienantis praecesserit; eaque in re maxime Superioris interfit, cuius iuribus, tanquam publicis, per priuatos derogari aequit.

v) ad Decif. Elect. LXI. Obs. I. num. 13. x) toties alleg. Differt. th. 19. y) in Hodeg. For. Cap. III. §. 2. in not. lit. m. z) in Diff.

Diss. cit. th. 5. et 16. a) in Dissert. de Effect. Tradit. Rer. immob. Allod. §. 28. seqq. et Part. IV. obs. 68. b) Ex. XXX. §. 124. in Respons. ibid. subiect. c) Lib. III. resp. 99. d) de Arbitrar. Ind. Quaest. Lib. II. qu. 120. e) Tom. II. Consil. et Respons. Decis. 493.

## VII

Cum itaque ex praemissis fluat, quod acquirens allodium, ab alienante ipsi traditum, haud facta abdicatione possessionis, nec obtenta Inuestitura iudiciali, dominium plenum ac civile non impetret; hinc illi, ob eius defectum, fundum valide nec ulterius alienare, nec hypotheca onerare, licet, sed potius, ut antea monitum, facultas ulterius alienandi adhuc apud venditorem permanet, vid. *Matth. COLERVS, f)* ita, ut nouus emtor, quando simul resignatio iudicialis accessit, illi praeferatur. Iam, quid circa hypothecam statuendum sit, inuestigabimus. Vbi primo, ex adducta ratione, merito asserendum est, venditorem, antequam se dominio rei venditae iudicialiter abdicauit, eandem specialiter hypothecae obligare posse, *L. 6. C. Si alien. res pignor.* vid. *BEYERVS, g)* *B. de BERGER. b)* et *III. Dn. LEYSERVS, i)* rem tamen venditam hypothecae generali, siue conuentionali, siue legali, posthac a venditore constitutae, minime submitti; idem sentit *B. de BERGER. k)* Vtrum vero, antequam dominii resignatio facta est, emtor quoque hypothecam in re emta constituere possit? de eo inter *CARPZOVIVM* et *FRANZKIVM* agitata est quaestio. Quorum alter negat, Part. II. Decis. 127. alter affirmat, Lib. II. Resol. 12. num. 9. seqq. in append. ex diuersis eorum supra Cap. V. §. I. allegatis principiis. Sed potius *Carpzovii* amplectenda est sententia, obseruantia probata, ex analogia rationis, supra Cap. V. §. I. adductae. vid. *B. de BERGER, l)* *SCHVBARTVS, m)* et *KLEINIVS, n)* cum oppignoratio fundi species alienationis sit; alienatio vero, ante

An Emtor, vel Venditor, Inuestitura non dum secuta, hypothecam in fundo emto, vel vendito, alteri constituere possit?

resignationem et Inueſtituram obtentam, in Saxonia pro inu-  
 lida habeatur. Quod tamen a *B. de BERGER alleg. loco* ita tem-  
 peratur: hypothecam nimirum, vel pignus, ab emtore in fun-  
 dum contrahi poſſe, quod ad ipſum emtorem, ea conſtituen-  
 tem, tanquam debitorem; imo et tertium poſſeſſorem ſimpli-  
 cem: iung. *BARTHIVM, o)* item, quod hypotheca, ante Reſi-  
 gnationem iudicalem ab emtore contracta, poſthac ipſo ſta-  
 tim Reſignationis, et ſic acquiſiti dominii, momento conuali-  
 detur, et res emta pignori teneatur. arg. *L. I. pr. et L. 22. ff. de*  
*Pignor. L. 5. C. ſi alien. res pignor. iung. MENCKENIVM, p)*  
 et *B. de BERGER, q)* qui ſimul in *alleg. Reſolutionibus Le-*  
*gum*, quaestionem de prioritare inter creditores, quibus ante  
 Reſignationem ab emtore fundus, vel ſine, vel cum Superioris  
 conſenſu, oppignoratus fuit, pertractat. vid. quoque *Ill. L. B.*  
*de WERNHER. r) Dn. Chriſt. de BERGER* autem *s)* cum *NICO*  
*LAI* ex iure ciuili affirmat, quod emtor, ante traditionem, in re  
 emta hypothecam valide conſtituere poſſit, ſecundum *L. I. pr.*  
*ff. de Pignor. et L. 3. §. I. ff. Qui potior. in pignor.* quoad Ius  
 Saxonicum vero aſſerit, illud eam quaestionem non decidiſſe,  
 quapropter hoc in caſu ſequendum eſſe Ius Ciuile, tamdiu, do-  
 nec probetur contrarium; huncque in modum argumentatus  
 eſt: ſi ab emtore res, nondum tradita, Iure Ciuili oppignorari  
 poteſt, multo magis Iure Saxonico res tradita, cuius dominium  
 eſt reſignatum, pignori dari poteſt. Ita quoque pronuntia-  
 tum eſſe a Summo Prouocat. Senat. in caſu *Hannß Abrahamß*  
*von Grünwald und Conforten*, contra *den von Miltiß und Con-*  
*forten*, *Conſil. Hybern. Ann. 1654.* refert *B. de BERGER, loc.*  
*alleg.* Praeiuſdium eiſdem tenoris, iam dicti Illuſtris iudicii,  
 Nicolai Reſolut. XIX. allegat, et ſimul in rationes eiſus, et  
 quae iſis obſtant, inquirat. Hanc vero controuerſiam optime per  
 temperamentum praedictum, atque id, vtrum Superioris con-  
 ſenſus in hypothecam, ab emtore conſtitutam, acceſſerit, ex-  
 tricari



tricarī posse, autumo. Quemadmodum enim in Saxonia op-  
 pignoratio fundi, sine Superioris consensu, contra tertium ni-  
 hil operatur, Constitut. Elect. XXIII. Part. II. et O. P. S. R.  
 Tit. XLVI. §. 1. vid. etiam III. *Dn. LEYSERVM*; u) Ita,  
 cum illa, Superiore annuente, confirmata est, hic iudicis consen-  
 sus inuestiturae loco esse, et eam supplere, videtur. Hinc, cum  
 in causa, den Königl. und Churfürstl. Cammer-Procurator, con-  
 tra Rachel Charitas Böfflerin betreffend, ille ex iure hypothecae,  
 consensu iudicis constitutae, contra hanc, tanquam tertium  
 possessorem, ageret, haec vero probationem Inuestiturae, praec-  
 edente resignatione, a constituyente hypothecam vrgeret, ni-  
 hilominus a Curia Prou. Lips. mens. Iunio 1735. hypotheca  
 pro valida pronuntiata fuit, ex ratione, weil satzsam erwiesen,  
 daß der Debitor den Guth in iusto titulo und bona fide damahls be-  
 sessen, welches zu einer gültigen Verhypothezirung hinlänglich.  
 Quam sententiam Summ. Prouocat. Senat. confirmauit, cuius  
 ratio decidendi simul in facultate vsucapiendi fundatur.

f) Consil. 28. num. 92. g) in Delin. Iur. ad ff. Lib. XIX. Tit.  
 I. §. 17. in not. lit. d. b) in Resolut. L. L. obstant. Lib. XIX. Tit.  
 I. pag. 390. i) in Medit. ad ff. Spec. 446. med. 4. k) in Tr.  
 de Vtilitat. vsucap. in prob. dom. §. 9. l) in Resolut. L. L. obst.  
 Lib. XIX. Tit. I. pag. 393. m) in Diss. cit. th. 20. n) in  
 Dissert. de Resignat. Iudic. Cap. III. §. 10. o) in Hodeg. For.  
 Cap. III. §. 2. in not. lit. m. p) in Tractat. Synopt. ff. pag. 286.  
 q) in Tractat. cit. §. 8. seqq. r) Part. IV. obseru. 333. s) in  
 Decis. Summ. Prouocat. Senat. Decis. 126. t) Resolut. XVI. per  
 tot. u) Specim. XLII. medit. 4.

## CAPVT VI

## PROPONENS

## CASVS QVOSDAM SPECIALES.

A necessitate resignationis et Inuestiturae, allodia, a primo Resignatio  
 Superiore, vel Principe, in alium translata, exempta videntur quan-  
 tur;

doque ces-  
sant.

tur, cum Princeps de illis nullum Superiorem agnoscat, vid. ZIEGLERVS, *a*) et alienatio ipsa eiusdem consensum declarat. vid. GAILIUS, *b*) et MEVIUS. *c*) Alia conditio est Superioris mediati, vel Magistratus arque Iudicis, cuius alienatio vtrumque requirit, tum ob subiectionem, tum propter obligationem erga Leges, hac de re sancitas. Ex consuetudine vero Gothica, neque Regi licuit, absque iudiciali Resignatione fundum proprium, vel publicum, vendere. vid. VERPOORTEN; *d*) Nec tamen Principes, cum a priuato Allodium sibi comparauerint, Resignationem et Inuestituram apud Magistratum, cui subiectum est, detrectare solent. In contractibus enim iure priuatorum vtuntur. vid. ZIEGLERVS, *e*) *Erd. VASQVIVS*, *f*) *Hugo GROTIUS*, *g*) *B. HORNIVS*, *h*) et *Perill. L. B. de WERNHER. i*)

*a*) de Iur. Maieft. Lib. I. Cap. I. §. 31. et 32. *b*) Lib. II. obseru. 55. num. 6. seqq. *c*) Part. VIII. Decis. 451. n. 5. *d*) cit. Scheldiafm. §. 36. *e*) alleg. loc. Lib. I. Cap. I. §. 16. 17. seqq. Cap. IV. §. 28. Cap. XII. §. 14. et Cap. XXXI. §. 22. seqq. *f*) Contractu. Lib. I. Cap. III. num. 3. *g*) De Iur. Bell. et Pac. Lib. II. Cap. 14. §. 16. *h*) Class. XI. Resp. 68. *i*) Part. IX. obseru. 132.

## II

Cum Allodium, a Principe sine Inuestitura acquisitum, in alium transfertur, Resignatione et Inuestitura opus est.

Sed quaesitum memini, num is, qui a Principe Allodium, absque Inuestitura collatum, accepit, dum hoc in alium transferre constituit, ad Resignationem iudicialem, emtor vero ad petendam Inuestituram, obstrictus sit? Quod sine dubio affirmandum, cum nouus possessor Superiori, absque eius consensu, non sit obrudendus. Porro quaeritur, vbi vtrumque perficiendum sit? Quod ex diuersitate bonorum, vel immediatorum, so *Schiffsfähig*, et mediatorum, so *Amtsfähig*, ac denique eorum, cum quibus simul iurisdictio in ea impetrata, diiudicandum est; sic, vt in primis a Principe, in secundis vero a iudice competente, in tertiis et vltimis autem coram proprio iudicio, id expediendum sit. vid. *B. HORNIVS*, *Class. V. Resp. 13.*

Recepta inter ICtos sententia est, per longum praescriptionis tempus dominium plenum acquiri, nec ad eam abdicatione et Inuestitura opus esse. Ad Praescriptionem vero non requiritur, Quem in modum a Facult. Iurid. Vireberg. mens. Octobr. ann. 1730. in causa derer Woysteher des Gottes-Rastens zu Torgau, contra Johannem Christinen Müllerin, indicatum est.

## IV

Peculiariter in Ord. Proc. Sax. Recogn. Tit. XXXIX. §. 18. Neque ad bona, sub hasta vendita. et Tit. XL. §. 2. cautum est, feuda et allodia, hastae publicae subiecta, abdicatione iudiciali non indigere, sed eam profecta habendam esse. Per iudicalem enim adiudicationem rei, sub hasta venditae, dominium statim, et quidem plenum, in emptorem transfertur, vid. Carpzovius Defin. 46. ad Constit. Elect. XXXII. Part. I. et *B. de BERGER, k*). Et cum intermissa Inuestiturae impetratio plurimarum litium causa fuerit, in comitiis, Dresdae habitis, proximis abhinc annis de eo consultum, et, consilii esse, reputatum fuit, Inuestituram, termini Saxonici spatium non quaesitam, pro impetrata existimandam, idque per singularem decisionem, hactenus tamen nondum publici iuris factam, ita esse statuendum.

*k*) in Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 20. et in Elect. Discept. For. pag. 1197. seqq. et 1282.

## V

Contractum retrovenditionis eandem vim, quam venditio, An in contractu retrovenditionis, quando hic resolutur, necessaria habere, non incognitum est, *L. 2. C. de Pact. inr. Emr. et Vendit.* vid. BERLICHIVS, *l*) et HORNIVS, *m*). Constat etiam, ad retrovenditionem tum abdicationem, tum inuestituram iudicalem, requiri. Quaesitum tamen inter ICtos, quando eiusmodi contractui hoc pacti genus, verbis directis sit conceptum, seu resolutivum: ut dominium, oblato pretio, statim et ipso iure, non expectato facto emptoris, seu retraditione, transeat:

*transfert*: adiectum est; An hoc casu traditio, seu Resignatio, et Inuestitura iudicialis, sit necessaria? Affirmant alii, quos allegat SCHILTERVS, *u*) negant vero CARPZOVIUS, *o*) RAYCHBAR, *p*) RICHTERVS, *q*) et alii. Illi, hoc casu dominium ipso iure ad venditorem haud redire, sed traditionem adhuc requiri, contendunt, ut proinde nouo contractu, quo fundus reuenditur, ac simul Resignatione et Inuestitura, opus sit. Id quod praecipue in Feudis et bonis immediatis attenditur: nisi dixeris, quod a Superiore, vel Magistratu, per confirmationem contractus retrouenditionis, cui simile pactum adiectum est, idem comprobatum, et iuri suo, intuitu Resignationis et Inuestiturae, renunciatum sit. Id quod apud Magistratus inferiores plerumque admittitur, quod venditor nempe, soluto pretio, fundum sine traditione recipiat. Quemadmodum pari ex ratione laudemium, soluto retrouenditionis contractu, non deberi, existimarunt; vid. CARPZOVIUS, *r*) RICHTERVS, *s*) et MEYERVS. *t*) Id quod dispositum quoque est in Constit. I. inedit. von der Lehen-Wahr. Sed alia conditio est pacti de retrouendendo obliquis verbis, veluti; *ut res ad venditorem reuertatur, vel ei restitatur*, concepti, quo quippe casu traditio requiritur, vid. SCHILTERVS. *u*)

- l*) Part. III. Concl. 30. num. 31. *m*) Class. XI. Resp. 16. *n*) in Prax. Art. Analyt. Part. III. Cap. 7. §. 4. *o*) Lib. V. Resp. 27. num. 27. *p*) Part. I. qu. 19. num. 12. *q*) Decis. 83. num. 69. *r*) in Definit. XXIII. ad Constit. Elect. I. Parr. II. et Lib. I. Resp. 89. num. 3. 4. et 5. *s*) Decis. 83. num. 69. seqq. *t*) Tract. iam alleg. Cap. VII. num. 47. 48. seqq. *u*) loc. cit. Part. III. Cap. VII. §. 4.

## VI

An Descendentes sub Inuestitura prima comprehendantur? **V**trum sub prima Inuestitura etiam descendentes comprehendantur, et simultanea quasi Inuestitura in allodiis quoque statuenda sit? iam in quaestionem venit. Affirmat hoc Constit. Elect. I. inedita, von der Lehen-Wahr. Et SLEVOGT *v*) quo-

quoque in sententiam affirmantem propendet, ea ratione ductus, quod ab his non Inuestitura, sed eius renouatio tantum, quaerenda sit; haec autem locum non inueniat, nisi Inuestitura priori comprehendatur, et certum sit, quando nouus possessor in anteriori Inuestitura non comprehensus sit, illum noua potius inuestitura, quam illius renouatione, opus habere, quia renouationi relatio quaedam ad antiquam Inuestituram inest. Quamuis vero haud negandum, quod Inuestitura descendendum nomine renouationis veniat; hoc tamen ideo potius fieri videtur, quod ius, per Inuestituram a primo acquirente impetratum, quodammodo iure hereditario ad eos, defunctum repraesentantes, perueniat, ex eoque ius quaesitum, ob quod Inuestitura ipsis denegari non possit, habeant, secundum Const. Elect. I. inedit. von der Lehn-Wahr. vid. etiam MEYERVM *x*). Sed nihilominus fatendum est, iure antiquo Germanorum, et Saxonum, aequae ac Lubecensi, descenditibus ex primi acquirentis Inuestitura ius aliquod quaesitum competuisse, hoc modo, vt, absque eorum consensu, allodium in extraneum transferri, non permissum fuerit. vid. Land-Recht, Lib. I. Art. 34. et 52. Weich-Bild, Art. XX. LX. LXI. et LXV. Ius Lubecens. Lib. I. Tit. XI. Art. 6. iung. Francisc. PFEILIVM, *y*) et III. DN. BOEHMERVM, *z*) vnde ius Retractus enatum, vid. Land-Recht, Lib. I. Art. 9. et 52. et ZOBELIVM *a*). Hoc in casu vero cautelae loco commendat ZOBELIVS, *b*) vt is, qui bona auita vendere, vel quocunque modo alienare velit, ea primo heredibus emenda offerat; sin vero heredes bona auita emere recusent, tunc ipsi licere, eiusmodi bona extraneo vendere, dummodo legiima heredibus, quibus debetur, relicta sit, asserit. Quando vero bona auita sine heredum consensu alienantur, nihilominus tamen dominium transferretur, heredibus vero datur actio ad Interesse. L. 3. C. de Condict. ob caus. dator. vid. ZOBELIVS, *c*) Hoc tamen ZOBELIVS, *d*) ex Land-Recht, Lib. I. Art. 52. et Weich-Bild, Art. LXI. recte

recte de bonis avitis; siue Stamm-Güthern, interpretatur; iung. **BERLICHIVM**, e) *B. de BERGER*, f) et *Perill. L. B. de WERNHER*. g) Id quod etiam Seren. Elektor Saxon. Constit. XXXI. Part. II. et Carpzov. ibid. definit. 13. ita declarat, et probat, hac addita restrictione, vt Retractus tantum ante Resignationem factam locus sit. vid. **BERLICHVS**, b) **STRYKIVS**, 2) *Perill. L. B. de WERNHER*, k) et **KLEINIUS**. l) Quemadmodum idem Ius descendentibus, aequae ac simultaneae inuestitis, in Allodiis et Feudis, sub hasta venditis, et semel acquisitis, in Ord. Proc. Sax. Recogn. Tit. XL. praecisum est. Cessat quoque hoc ius retractus, si bonum avitum vni ex familia, v. g. a fratre fratri, venditum sit. Ratio enim iuris huius in eo posita est, vt bona avita in familia conferrentur, quam Legislator Saxo, Part. II. Constit. XXXI. his verbis indicat: Dießelbigen (sc. bona avita) bey dem Geschlechte zu erhalten; cessante igitur ratione, cessat iuris dispositio. Ita quoque Facult. Iur. Vitebergens. Mens. Iun. An. 1678. ad consultationem Moriz Seidels respondit, verb: Wann nun gleich diejenigen Güther, so von denen Groß-Eltern herkommen, vermöge der Churfürstl. Sächsl. Constitution vor Stamm-Güther zu achten, und solche Eigenschaft an offte bedeueterem verkauften Guthe sich auch befindet; dennoch aber, und dieneil dieses Gutth an keinen Fremdben verkauft worden, und die Rechte die Nähergeltung denen Kindern deshalb verstaten, damit ein Gutth bey dem Geschlechte verbleibe: So haben die M. Kinder an dem verkauften Guthe des Vorkaufes sich nicht zu erfreuen. **B. R. W.** vid. *Perill. L. B. de WERNHER m*). Ob quod Ius Retractus sine dubio in Diplomatus antiquis, de alienatione et oppignoratione conceptis, formula: *Ego etc. etc. cupio, fore notum, quod, cum voluntate et consensu omnium heredum, et consanguineorum meorum, quorum interest, vendiderim, vel obligaverim, etc. etc.* vltata fuit; vid. Appendic. Diplomatum ad Dn. Baringii Clauem Diplomaticam, num. 9. et 11. Et moribus hodiernis eiusmodi patris verba: Vor mich, meine Erben und Erbnehmere, praemittuntur.

2) in Dissert. de Allod. Inuestit. Renouat. Cap. II. §. 2. et 4. 3) loc. cit. Cap. VII. num. 9. et 10. 4) Consil. XVII. num. 3. 5) in Consultat. Tom. II. Resp. 45. num.

num. 47. a) in Different. Iur. Ciu. et Saxon. Part. II. diff. 39. num. 14. b) alleg. loc. Part. II. diff. 19. num. 14. c) loc. cit. Part. II. diff. 19. num. 16. et 16. d) iam saepius all. loc. Differ. 19. num. 11. 12. 13. et Diff. 28. num. 21. e) Part. II. Concluf. 13. f) in Oecon. Iur. Lib. III. Tit. V. §. 13. g) Part. I. Obseru. 151. h) Part. II. Concl. 13. num. 61. et Concl. 39. num. 17. i) in Tr. de Succell. ab intestato: Differt. VI. Cap. 4. num. ult. k) Part. X. obseruat. 264. l) in Diff. cit. Cap. III. §. 12. m) Part. V. obseru. 153.

## VII

Cum venditor, ante factam abdicationem et cessionem iudicialem, morte praeventus fuerit, iura Saxonica disponunt, eam ab eius heredibus adhuc faciendam esse, addita tamen restrictione: descendentes ad eam non obligari. vid. *Land-Recht*, Lib. I. Art. IX. Sed cum haec dispositio iure veteri, quo, sine heredum consensu rem alienare, prohibitum erat, nitatur; ea interpretate. Constitut. Elect. Saxon. XXXI. Part. II. tantum de bonis auitis accipienda est. Quam etiam ob causam, in dem *Land-N.* Lib. I. Art. LII. et in dem *Weich-Bild*, Art. XX. LX. et LXV. bona, a venditore primum acquisita, n) excipiuntur.

Mortuo vero ante Resignationem emtore, venditor heredibus illius Resignationem praestare tenetur, secundum alleg. Art. IX. Lib. I. des *Land-Rechts*. vid. etiam SCHILTERVM. o)

n) Alias vocata, *Erungene Güter* u. *Erungenschaft*, vid. KEINIGER in Element. Iur. Germ. Lib. II. Tit. I. §. 16. et Lib. III. Tit. IV. §. 152. o) in Ex. ad ff. XXX. §. 43.

## §. VIII

Singulare hoc ius Inuestiturae, cautelas etiam quasdam circa Actiones propterea instituendas, requirit. Sic, ex contractu emtionis et venditionis, cum secundum ea, quae iam Cap. IV. §. 2. proposui, ille validus sit, emtori quidem Actio emti datur, sed speciatim Iure Saxonico petitio libelli, non modo ad traditionem, sed quoque ad Resignationem iudicialem, dirigenda est. vid. SCHILTERVS. p) Pari modo venditor ius ex vendito habet, atque emtor Remedijs Praetorijs, seu Aedilitijs, ut Redhibitoria, Aestimatoria, et in factum actione, uti potest. vid. MEYERVS. q) et MEYIVS. r) Sed quid de iure agendi reali statuendum? Hoc emtori, licet Resignationem et

Mortuo, ante factam Resignationem, venditore, heredes eius illam praestare tenentur.

Idem obtinet, si emtor ante eam mortuus fuerit.

De actionibus, circa eam instituendis.

et Inuestituram iudicalem obtinuerit, deficiente extraiudiciali traditione, vel alias iuste acquisita possessione, minus afferendum esse, optime indicat *Perill. L. B. de WERNHER. r*) Cum vero emtor extraiudicalem tantum traditionem nactus est, num rem emtam vindicare queat? inter ICtos adhuc lis est. Diversas hac de re sententias cum cuiuscunque partis argumentis prolixè recenset *Perill. L. B. de WERNHER, r*) qui quidem sicut emtori, licet rem traditam acceperit, omne dominium negat, ita ex eo principio illum omnium actionum realium, etiam in rem publicianae, imò usucapiendi facultatis, expertem esse, affirmat: Sed cum plurimi, ut supra dictum, huic dominium inchoatum, minus plenum, et Bonitarium, attribuant; videtur omnino, quod ipsi ad minimum contra eum, cuius respectu ius potius habet, actio in rem Publiciana, et interdictum ad adipiscendam possessionem, ex L. 24. ff. de Rei Vind. L. 9. §. 4. ff. de Publ. in rem Act. et L. 31. §. 2. ff. de Action. Emt. haud deneganda sint. vid. *HORNIVS, u*) *STRYKIVS, v*) et *B. de BERGER. x*) Nec illum usucapiendi conditione, inprimis, cum ipse per tempus longum rem emtam bona fide possedit, priuandum esse, verosimile est. arg. Iur. Prouinc. Lib. II. Art. 24. Praescriptio enim defectum resignationis iudicialis et Inuestiturae facile supplet, vid. *B. de BERGER, y*). Quod etiam emtor antecessoris tempora in usucapione, si caetera usucapionis requisita adsint, cum suis secundum §. 7. et 8. I. de Usucap. coniungere possit, affirmant *B. HORNIVS, z*) et *B. de BERGER. a*)

*r*) Ex. ad ff. XXX §. 122. *q*) loc. cit. Cap. VI. num. 12. *r*) ad Ius Lubecens. Lib. III. Tit. VI. art. 1. num. 6. 7. et 8. *s*) Part. III. Obseru. 25. *t*) loc. iam citat.

*u*) Class. V. Resp. 13. *v*) in Vsu Modern. Tit. de Publ. in rem Act. §. 3. *x*) Part. II. Resp. 196. *y*) in Elest. Discept. For. Tit. XXXIX. pag. 193. sqq.

*z*) Class. V. Resp. 13. *a*) in Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 18. nota 7.

Ne tamen iusto prolixior sim, iam finem differendi facio. Ea autem, quae in medium protuli, cum caeteris, quae adhuc hac de materia dici poruissent, tum Decisionibus publicis, pluribus in partibus adhuc desideratis, tum Beneuoli Lectoris iudicio, relinquo.

SOLI DEO GLORIA




Wittenbergi, Diss. 1738



VD 18

f  
5b.







200  
1838, 1 B  
24  
2  
Q. D. B. P.

DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS

DE  
INVESTITVRA  
BONORVM ALLODIALIVM  
IMMOBILIVM

QVAM  
PRAESIDE  
GEBHARDO CHRISTIANO  
BASTINELLERO

AC REG. MAIEST. POLON. AC PRINCIPI ELECTORI  
MAXONI A CONSILII AVLAE CODICIS PROFESSORE  
PVB. CO. CVRIAE PROVINCIALIS SENATVS ECCLESIASTICI  
ET SCABINATVS ASSESSORE ATQVE ORDINIS IVRI  
DICI SENIORE

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
PRO LICENTIA

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA RITE ADIPISCENDI

AD DIEM AVGVSTI ANNO MDCCXXXVIII  
IN AVDITORIO MAIORI

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS  
SOLEMNI DISCEPTATIONI EXPONIT  
AVCTOR ET RESPONDENS

GOTTLOB AVGVSTVS DOERINGIVS  
TORGAV' MISN' IVR' CAND

VITEMBERGAE  
APVD EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDIVM  
ACADEM' TYPOGRAPHVM

1938  
1738  
1909:992  
Diss. iur. v. 211